



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



<36612026080016

<36612026080016

0

Bayer. Staatsbibliothek

URBIS PATAVINÆ
INSCRIPTIONES:

R

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
PRESS

URBIS PATAVINÆ
INSCRIPTIONES
SACRÆ, ET PROPHANÆ

A MAGISTRO JACOBO SALOMONIO ORD. PRÆD.

ILLUSTRISS. ac REVERENDISS. D.

GEORGII CORNELII SENIORIS
Episcopi Patavini.

NEAQN EMINENTISS. & REVERENDISS. S. R. E. CARD.

GREGORII BARBADICI,

E T

GEORGII CORNELII

Junioris Theologo, Studio, & labore collectæ.

QUIBUS ACCEDUNT VVLGATE ANNO M. DC. XLIV.

A JACOBO PHILIPPO TOMASINO EPISCOPO AEMON.

Addita historicis annotationibus, quibus Templorum, & Aedium Publicarum fundationes, Cænobiorum, Sacrorumq; Sodalitatum origines, Mæmuræ, Portarum, & Pontium Urbis erectiones, aliæque memoratæ dignè recensentur. Virorum illustrium, quorum nomina in inscriptionibus occurrunt, augetur natiuitas, legurum Urbis, in quibus aliquid memorabile contigit, vel familiarum domicilia fuerè, olim ab Aethiopi tyrannide solo æquata, mentio fit; earum denique rerum, quæ ad Urbem Patavinam pertinent, cognitio illustratur. Accessere in fine Fasti Prætorii, atque inscriptiones Agri, quæ post jam editas Anno 1696. in lucem venere.

AD SERENISSIMUM

ALOYSIUM MOCENICO

PRINCIPEM,


ET AUGUSTISSIMUM SENATUM

VENETVM.



PATAVII. M. DCC. F.

Sumptibus Jo: Baptistæ Casari Typogr. Pat. Super. Perm.



S E N E C A

Non defunctorum causa, sed vi-
vorum, inventa est sepultura.

C I C E R O P H I L. X.

Ut cætera extinguui solent, sic se-
pulchra fiunt sanctiora vetu-
state.

M A R T I A L I S.


NON NORUNT HÆC MONUMENTA MORI.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

SERENISSIMO PRINCIPI
ALOYSIO MOCENICO
ET AUGUSTO VENETORUM
SENATUI

F. JACOBUS SALOMONIUS ORD. PRÆD.

Faustitatem perpetuam, perpetuòq; mansurum Imperium.



Quod hæc Inſcriptionum Patavinarum
Auctaria ingenti labore collecta, ſumma
diligentia perquiſita, ſtudioq; penè
dixerim herculeo exantlata Solio Li-
bertatis, cui infides, SERENISS.
PRINCEPS, Sapientiæ Regnatrici,
quam exerces, SENATUS AU-
GUSTE, ſiſtere, eidemque Sacratum opus offerre au-
deam, & mei muneris eſſe intelligo, nec vereor, ne

100

non sit vestrae dignitatis . Cum enim , quae Subjectorum
sunt , omnia Principi , clementissimo praesertim , & ad
felicitem Subditorum excubanti , sacra sint ; tum ea
praecipue , quae ad gloriam , aeternumq; decus Civium ,
qui felicissimo Regimine continentur , spectant , ei omnino
referenda sunt , à quo illa cives acceperunt , & per quem
iisdem partibus , acceptisque placidissime perfruantur . Hinc
factum , ut cum decrevissem conferre in unum ea omnia
Monumenta , quae ex Inscriptionibus Patavinis ad Poste-
riorum notitiam utilia , forte etiam necessaria sunt , quò ex
parte per laborem huiusmodi , sin minus facere satis , at
saltem respondere queam Beneficentiae planè mirabili vetu-
stissimae huius , ac nobilissimae Urbis , quae mihi ab excidio
Patriae , ab ærumnis domesticis , à cæde Consanguineorum ,
quorum sanguine Cretica Mœnia maduere , per honorificum
tutissimumq; Asylum praestitit , non alium comminisci qui-
verim , cui aptius , congruentiusq; hanc ipsam grati erga Pa-
tavinos animi significationem meam dicatam vellem , quam
VOS PATRONOS , ac PRINCIPES SERENISS.
ad quos nimirum quidquid est decoris , quidquid aut incre-
menti , aut felicitatis PATAVIUM habet , & necessario re-
ferendum est , & gloriose redundat . Scilicet Augusta ist-
haec Respublica Vestra , quae omnibus semper munifica la-
rius famam sui Nominis beneficiis in Populos effusis , quam
illatis in Gentes armis circumtulit , munificentissima omni
ævo erga Patavinos , horum incoluntati , atq; tutelæ pro-
vida semper , ac benigna consulit , quos aut eum conter-
minis funesta Marte diffidentes , conciliatis ad pacem ani-
mis , ad Tranquillitatis tutissimum otium traduxit , aut
Tyranorum insidiis , clam palamve appetitos , ope , stu-
diis , consilio tutata est , aut misera Principum exterorum
potestati mancipatos in pristinam libertatem , legitimamve

à servitute ad Principum Suorum ditionem restituit . Te-
stantur id Historiarum fidei commissi Temporum indices ,
calculoq; Patavinæ Felicitati semper memorabili signant
per nos a *Æta* . *era* Christianæ anno *M. CC. XXIX.* cum *Actiolino* ,
cum *Mediolanensi Duce* anno *M. CC. LV.* Cum *Scaligeris* Anno
M. CCC. XXXVII. Cum *Mediolanensib;* anno *M. CCC. XC.* enumeraturi
Et alia sexcenta, si hæc non abundè supersint ad *Venetæ Cle-*
mentia . Splendidum , munificumq; erga *Pataunos* testimo-
niam , quibus nondum subiectis ditionem servavit , liber-
tatem asseruit , felicitatem amplificavit . Fit adeo , ut , quæ
Pataunorum *Socia* tanta in amicos contulit , majora con-
tulerit *Domina* eorundem *Urbi* jam subditæ , atq; in ea *Bea-*
titate numeris omnibus absoluta quiescenti , quæ ex uestro
Imperio in subditos *Populos* certissime profisciscitur . Nempe
Vos ab ipso receptæ in vestram fidem *Urbis* initio , quam
laceram , ac deformem , Et ex multiplici bellorum seruoq;
Tyrannidis damno seminecem accepistis , eam non solum
postliminio beneficentissime *Caritatis* in pristinum restitulistis
splendorem , ac lucem , sed prolato *Pomerio* , extructis
lapide pontibus , magnificentissime *Templis* erectis , aucto
Religiosarum *Domuum* censu , viis publicis ampliatis , tota
deniq; *Urbe* , edificiis , munimentis , cultuq; publico , per-
fecta , munita , ornata , ita procurastis , ut *Patavinæ* *Ci-*
uitatis conditio ornatissimis *Italiae* *Urbibus* non admirationi
dumtaxat , sed Et invidia sit . Quæ cum ita sint , quem-
admodum res ipsa , nemine inficias ituro , constituit : Si in
his , quæ ex *Patavinis* monumentis accuratè collegimus ,
nihil occurrit crebrius iis , quæ magnificè , munificèque in
hac *Urbe* summo studio , summa gloria curastis , egistis ,
peregistis , non magis hoc nostrum qualecumque sit , qua-
live existimatione censeatur , opus *Patavini* , quàm *Ve-*
stri juris est , quorum præcipuè indigitat decora , quorum
laudes ,

laudes, per mutam, atque adeo efficacem magis eloquentiam lapidum, edisserit. Illud proinde, **PRINCEPS SERENISS. SENATORES AMPLISS.** quæ consuevistis, Clementia suscipite, nec Sereniss. Solio Tuo, vestrisque Sapientiss. Subsellis aduolutum ex ratione humilitatis suæ æstimate: Id potius in ipso Majestate Vestra dignum concipite, quod illi momenti addit demississima Auctoris obsequium, qui, hoc veluti colophone laborum suorum ad regale Sacrarium Serenitatis Vestrae constituto. Senium obiturientis Vitæ suæ Votis, ac precibus Deo Opt. Max. suscipi impendit, efflagitaturis, quam semper optat Diuturnam Principi incolumitatem, æternam Senatui Gloriam, perennem Reipublicæ felicitatem.

Patavii ex Cænobio D. Augustini P. P. Ord. Præd.
XVIII. Kal. Septembris M. DCC. I.

San-

Candido Lectori!



EPISTOLA, quam in altero de AGRI PATAVINI Monumentis Volumine, quinque ab hinc Annis in lucem edito, habes, nil addere in presentiarum, sed, quæ in illa sunt, breviter tantum in memoriam redigere, mihi in animo est. Id verò præ cæteris nunc recolas, illud opus, ad quod meam qualemcumque operam maximo cum labore contuli, quodque ad exitum, non sine domestica, atque externa laude, (absit dicto jactantia) perduxi, grati animi monumentum fuisse erga nobilissimam, & antiquissimam hanc Civitatem; in qua humanissimè excepit, quinquaginta annos partim discendo, partim docendo, cum in domesticis claustris, tum in Aula Episcopali, consumpsi; ut, quod ibi dixi, hic etiam dicendum esse cognoscas. Hoc etiam hic te monitum velim, me scilicet, ut de omnibus benè sentio, ità benè dicere semper in animo habuisse: quamobrem si fortè de aliqua nobili familia, deque viris cum pace, tum bello illustribus, quibus nunquam præclarissima hæc Civitas non abundavit, memoriam nominis, vel justam virtutis æstimationem hic non inanes, ne miretis, obsecro; id enim non ideo contigit, quòd defuerint argumenta laudum, sed quòd occasio id agendi sese scribenti mihi non obtulerit. Ego scilicet de illis tantum verba feci, de quibus inscriptiones ipsæ commemorant; neque enim de omnibus dicendum venit, cum non integram historiam de familiis mihi conscribendam proposuerim. Id enim si initio operis mihi agendum esse credidisset, nulli anquam tot, tantoque unius Urbis nobilissimos Cives afferre licuisset, quot domi, forsique omni honestissimarum artium genere, & bellica in primis laude insignes, ex Patavina Civitate emicuerunt. Neque tamen necesse habuissim vetera illa, & jam satis posteritatis memoriz commendata fortium virorum exempla undique conquirere, quibus olim Patavium plurimum existimationis apud omnes homines promeruit; cum his maximè temporibus Patavini passim occurrant, quorum alii diù, optimèque de *VANTRA REPUBLICA*, Cæsare, aliisque Principibus meriti, demùm inter pericula armorum intrepidè vitam nuper exuerunt; alii rebus præclare gestis, muneribusque belli omnibus insignes præclarissimorum heroum virtutes, fatamque laboribus nunquam intermissis æmulantur. Ut vel ex hoc facile intelligere queas, me nunc non modò parem, sed etiam multò majorem descriptionis materiam in hac re habiturum fore, quàm eruditiss. BERNARDINUS SCARDEON: cujus præclarà operà illorum temporum monumenta diligentissimè collecta, virorumque ea ætate ex hac Civitate fortissimorum nomina descripta fuere. Offerrent enim mihi sese in primis describenda egregia gesta maximorum hujus Urbis luminum ex Comitibus CITTADILLA: inter quos, ob edita in Peloponnesiaco bello virtutis specimina, eminent Ludovicus Eques Melitenfis supremus ordinum ductor, ejusdemque duo nepotes Aloysius, & Marcus Duce & peditum, quorum prior eodem bello extinctus est, ac demum Nepos alius in Patavina Cohorte Signifer Henricus. Multam exinde Ducum seriem suggereret Zaccorum gens, quam primum Comites Marcus, & Jo: Baptista in Cretensis belli ardore fato functi, Comesque Constantius, Armorum Præfectus superflus; deinde verò Comites Antonius Summā in exercitu Veneto terrestriū copiarum Præfecturam obtinens, nec non Franciscus peditum, ac Can-



ac Can-

Epistola ad Lectorem.

ac Conradus, Bartholomæus, & Laurentius pariter in Cæsaris castris peditata Duces, partim in obsidione, partim in expugnatione Budæ mortui, plurimum illustrant. Neque minus ornamenti antiquissimæ Urbi afferunt Comites **CAPILISTII**, Antonii Triremis Patavinæ in Cretensi bello Præfecti eodem tempore defuncti, nec non Sylvii Nepotis, Cataphractorum militum Ducis, ejusdemque filii **Ænææ**, ac demum Ludovici in exercitu Veneto Ducum virtute cōdecorati. Continuo emicant March. **BVZZACARENIS** fratres quos inter Franciscus Patarus Eques Melitensis Primus Ordinum ductor, Arcuanus Peditum Dux, ille in Germaniæ, hic in Flandriæ motibus è vivis erepti, familiæ nomen augente & Comite Antonio Equite, qui summam armamentarii Præfecturam Mantuæ Ducis gerit. Neq; silentio prætermittere deceret, aut fortissimos **LEONTIOS**, ex quibus Eques Ludovicus, primus ordinum Ductor in Cretico bello, ac Petrus ejusdem frater in Dalmatia, nec non Comites Dominicus Dux peditum Cretæ, atque ejusdem frater Ludovicus Chiliarca Tragurii extincti, ac denique Franciscus Maria Eques prædictorum frater alius, Electoris Palatini Dux, superstes; aut nobilissimos **DOCTORIOS**, ex quibus Comes Franciscus Eques, Equitumque in exercitu Cæsaris Dux, & Comes Constantinus in Cretæ obsidione morte perempti; aut celeberrimos **DOCTOS** ex quibus Paulus, & Carolus Chiliarcæ, hic in Peloponnesiaco, ille in Cretico bello mortui, nec non Camillus eorumdem frater optimè de Germanico, & Peloponnesiaco bello meritis, ac Jo: Baptista Eques Melitensis, nunc Patavinæ Cohortis Chiliarca; aut demum insignes Com: **SYLVATICOS**, ex quibus Laurentius, & Franciscus primus Ordinum Ductor, hic Levcaðiæ, ille Cretæ extinctus, ac Benedictus armorum Præfectus superstes. Sed horum virtute, gestisque egregiis expositis, quot alii non virtute, non egregiis factis minus insignes supersessent, quorum causa semper, sed his præcipue temporibus plurimum ornamenti Patavinæ additum est Civitati? Quæ enim militaris scientiæ, spectatissimæque fortitudinis specimina non edita ab Marchionibus de **OBICIIS**, & præteritis ab Ferdinando summo apud Cæsarem militaris muneris honore decorato, ab March: **BARISONIIS**, ac præsertim ab Albertino German. peditum Duce, ab **HOROLOGIIIS** de Dondis, maximèque ab Marchionibus Tiberio Duce peditum nuper ex acto bello Corcyræ extincto, & Gaspare in Patavina Cohorte Peditum Duce s ab **CORBELLIIS** Comitibus, atque in primis à Jo: Andrea Cataphractorum peditum Duce, & Marescallo, Equiteque, summo ab Cæsare Præfecturæ militaris honore exornato, & Bonifacio Equitum in Cretico bello duce deinde ab Cæsare Chiliarca declarato. Ab eximiis **PAPAFAVIS**, potissimumque ab Rinaldo Equite Melitensi, Signifero, ac Marchione Rinaldo Duce peditum in Patavina Cohorte; ab **ANSELMIS**, **ABRIANIS**, atq; **BADUARIIS**, è quibus omnib; non modo haud pauci pro Veneta Republica, ac Cæsare pugnantes fortissimè ceciderunt; sed plurimi vigent, qui priorum vestigiis insistentes, omnium in se studia, plaususque converterunt. Denique non ne longo ordine enumerare possit, ex **BORROMEIS** Com. Bonifacium Germanor. peditum Ducem, & ex **ALDRIGHETTIS** Com. Alphonsum Cretæ defunctum, superstitemq; Thomam, ejusdem Nepotem optimè de Republica in Peloponnesiaco bello meritum, & ex **BONFILIIS** Camillum, qui fortiter primum in Urbis Cretæ obsidione se gessit, deinde in armorum Præfectura Brixia mortuus est, & ex **FRANCHINIS** Petrum Antonium, qui & Dalmatiæ, & Peloponnesi bellis, crebris ingenite fortitudinis experimentis interfuit, ac demum Piscaria in Præfectura armorum è vivis discessit; & ex **ODDIS** Oddum, qui Caritate erga Cæsarem, & rei militaris studio commotus in ipsius Germaniæ motibus extinctus est, & ex **VENTURINIS** Jacobum Chiliarcam pro Republica Cretæ pugnantem, atque ibidem morte pe-

receptum,

Epistola ad Lectorem.

scriptum, & ex ZARBARELLIS Calorium Equitem Melitensem in armorum Praefectura Naupacti mortuum, & Paulum Equitem pariter Melitensem, qui in Peloponnesiaco bello omnium in se studia, admirationemque excitavit, & ex RIDIIS Comitem Faustum primum in Peloponnesiaco bello peditum Ducem, nunc Veronae octingentorum militum Tribunalum: & ex SALA Comitem Petrum primum Captivum Turcarum, deinde vero Cretae extitum, cum primus ordinum Ductor declaratus fuisset, & Paganiam Armorum Praefectum, nuper defunctum, & ex SANCTA CRUCE Com. Joannem, qui cum Flandriae bello interfuisset, nunc in Patavina Cohorte in primum ordinum ductorem delectus est, & ex SICIS Comitem Horatium, qui in Viennae obsidione memorabili exemplo occisus est; ac demum, ne nimius sim, ex BRADIOLIS, CAMPI-SAMPERIIS, URSATIS, à PONTE, & RICIIS egregios juvenes, qui avitae nobilitatis, & fortitudinis memores, belli studiis sese intrepidè addicentes, nunc primum Patavinae cohortis signiferi instituti sunt.

TANDEM ignorare non debes, opus de Gymnasio Patavino, quod diù meditatus sum, me editurum amplius non esse; quod non mutatae voluntatis causa, sed aetatis meae ingravescens oneri tribuendum erit. Accedit, munus hoc à Trium Viris Litterariis NICOLAO Comenaeo Abb. Papadopoli eximio Juris Pontificii Antecessori demandatum fuisse: cui propterea cum Inscriptiones à me collectas, tanquam Viro amicissimo tradiderim, futurum spero, ut meliore ordine, ac stilo elegantiore ab eodem descriptae, expectationem tuam penitus implcant. Vale.



NOI REFFORMATORI DELLO STUDIO
DI PADOVA.

H Avendo veduto per la fede di revisione, & approbatione del P. Antonio Lisoti Inquisitore di Padova, nel Libro intitolato *Urbis Patavinae Inscriptiones Sacrae, & Profanae à Magistro Jacobo Salomonio Ordinis Prædicatorum collecta*, non esservi cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario Nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo licenza, che possi essere Stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, & presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venetia, e di Padova.

Data li 30. Maggio 1700.

- (Alvise da Mosto Proc. Reff.
- (Ferigo Marcello Proc. Reff.
- (Girolamo Venier K. Proc. Reff.

Agostino Gadaldino Segr.

FACULT

FACULTAS REVERENDISS. PATRIS MAG. GENERALIS ORD. PRÆD.

Cum uti nobis exponitur R. A. P. Mag. Fr. Jacobus Salomonius Provincie Nostræ S. Dominici Venetiarum opus ; cui titulus URBIS PATAVINÆ INSCRIPTIONES SACRÆ , & PROPHECIÆ &c. composuerit , illudque prælo subicere desideret , Nos harum serie , Nostrique officii auctoritate , quantum in Nobis est , & servatis aliàs servandis paternè indulgemus ; dummodò à R. A. P. Josepho Paltinerio nostri studii generalis Regente , & R. P. Mag. ejusdem studii Bac. F. Dominico Grasseni luce dignum judicetur , eorumque censorio in scriptis calculo approbetur . In Nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti . Amen . In quorum fidem &c. Datum Romæ . In Conventu nostro S. Mariæ super Minervam Dic 5. Julii 1699.

Fr. Antonius Cloche Magister Ordinis .

Regist. fol. 8.

Fr. Salvator Afcanius Mag. & Socius .

Non minùs delectabilem , quàm utilem , nec non longè à rædio legendi dispositam ad manus habebit , quisquis erudiendis oculis conspexerit INSCRIPTIONUM URBIS PATAVINÆ seriem universam , diligentia , studio , ac labore ultimo comparatam , A. R. P. S. T. M. Fr. Jacobo Salomonio , ex nostro S. Præd. Ord. Cumque in ea ut plurimum obviam veniant eruta de Sacris Ædibus Orbis litterarii elementa , sanè dixerim ex politis , atque obloquentibus lapidibus confectam hujus Salomonis Templum , nulla proorsus labe fœdaturam , sed Deo ipso dignum ; & in qua nedum præteritorum monumenta , temporum injuriæ subducta , atq; in tuto posita : sed nomen pariter authoris perennitati donatum , novi , & hæc , ut Reverendiss. Patris Mag. Gener. F. Antonini Cloche nutibus parerem , libenti calculo signans .

Ita censeo ego Fr. Joseph Maria Paltinerius S. T. M. Doct. Coll. ac Reg. Studii Gen. S. Augustini de Padua , & S. Off. Conf.

VT Reverendiss. Patris Antonini Cloche Ord. Prædic. Mag. Generalis mandatis parerem , perlegi sedulo librum , cui titulus INSCRIPTIONES URBIS PATAVINÆ ab Adm. R. P. Mag. Fr. Jacobo Salomonio conscriptum , in quo nihil animadverti , nota dignum Censoria , tum si ea , quæ ad Catholicam fidem , tum si , quæ ad mores optimos pertinent , accuratè consideres , Labores verò miratus in eo sum , studioßissimi Senis , qui vel ultimam Senectutem in litterariæ Reipublicæ commodum , atque utilitatem impendens dies , noctesque in omnibus colligendis inscriptionibus desudavit , quæ Patavianam Urbem illustrant , post editas cum ingenti litteratorum hominum laude forensi Urbis ejusdem monumenta , eo sanè uno discrimine , quòd Agri Inscriptiones primus dedit , Urbis autem monumenta insignia alia à Præclaro Antistite Æmoneis Urbis , Philippo Tomasino pridè collecta est mutuatus , alia verò collecta ipse Primus , quòd vel Tomasini subterfugerint industriam , vel per Tomasinum prodierunt . Opus hæc propterea ritè , sanctè , atque integrè dignum judico , quòd Typis mandetur , in comune eruditorum hominum beneficium .

Ita censeo ego Fr. Dominicus Grasseni S. Th. M. ac Doct. Coll. Ord. Præd.

R. E.

REFERENDIS S. PATRI MAGISTRO
JACOBO SALOMONIO

Ordinis Prædicatorum

PETRUS ANTONIUS COPPO PAT.

3.

Quod quatuor abhinc receperas annis, PATER REVERENDISSIME, id nunc summa fide præstas, & cum ingenti litteratorum hominum commendatione. Post editos nimirum in lucem Patavini Agri inscriptiones, & urbanas nobis exhibes, secutus egregios Philippi Tomasini conatus, cujus industriam imiratus, unico in publicam utilitatem volumine comprehendis, & eas, quas ille typis mandavit, quæque post eum prodire, aut quæ in ejus non devenere notitiam. Ad illustres te labores excitavit tum bonorum omnium desiderium, tum eruditorum Lipsiæ de prioro tuo labore judicium. Te scilicet eruditi viri *doctissimi, ac summè industrii senis nomine* compellant, tuumque laudant institutum in *colligendis Urbis nostræ sacris, & profanis inscriptionibus collocatum*. Has asserunt (de forensibus loquuntur) à te *non nudas, ac steriles* in publicum missas, sed historica rerum annotationes, quibus dilucidantur egregiè. Hoc sanè doctissimorum virorum judicium, quod tibi in primis ad alterum hocce volumen in publicam edendum lucem, ingentes dedit animos, tanti facio, ut & sciorum omnium, si qui sunt, deliria facile rideam, & nihil habeam, quo egregiam tuam in litterariam Republicam voluntatem commendem, post tam præclarum de industria tua litterariæ Reipublicæ testimonium. Hoc sanè, qualecumque est, epistolæ genus, non ad laboris tui laudem fuerit institutum, sed ut intelligant, qui post nos futuri sunt, me tibi multis devinctum nominibus, adjuvisse conatus hac in parte tuos, & si nulla ac alia adesse potui, voto certe, & amore favisse. Vale.



RE

AD REVERENDISS. PATREM MAG.
JACOBUM SALOMONIUM

E. Colonia Cretensi, Ord. Præd.

S. THEOLOGICÆ DOCT. COLL.

Ut obligatam de edendis Urbis Patavinæ Inscriptionibus fidem liberet;

M E L O S.

Magne Senex, vili quem vasta Scientia vulgo
Eripit, & Morti sudati multa labores;
Promissam jam profer opus, quo mortua vivent
Corpora, cui longam debebunt funera vitam.
Per Te viderunt vulgares æra Manes,
Quos scindit Patavinus ager, nunc ipsius Umbra
Urbis ab indigna revocentur flumine letbes,
Sintque his cum nostro rursus commercia Mundo.
Fac illas contra ire diem, Solisque relictum
Lumen, eisque retro pateant impervia regni
Limina Tartarei, quibus est magis dignior Orbis.
Jam Civēs mirentur Avos, & semet ad aptos
Illorum mores informavisse tenorem
Exultent vita, nec degenerasse suorum
A studiis liqueat vestigia tanta secutos.
Defunctos excire tuum est; Te tota vetustas
Mercurio Patavina polos vidisse serenos
Gestiat, & atro letetur abisse barathro,
Nec cæcas reditura domos, sed munere vita
Non intereptem tecum fructura per ævum.

Antonii Matthiævi Caramānzi
Dalmatæ Ilcensis.

Ad eundem,

D I S T I C H O N.

Marmora, Tempa, domus, poterunt monumenta perire;
Unus restituet tot Monumenta Liber.

Devotissimus Famulus
Sanctus Rugini Clericus Patav.

REVE.

AD REVERENDISS. P. M.
JACOBUM SALOMONIUM

DE TOTA ANTIQUITATE BENEMERENTEM,
Et Patavinarum Inscriptionum Authorem eximium :

EPIGRAMMA.

M Agnum opus, Heroum, quos postera pradicet aetas,
 Servate invito nomen ab interitu.
At paucis nota innumerum monumenta Virorum,
 Et Veterum titulis marmora sculpta Duorum.
Clausula brevi in libro ad seros transferre Nepotes,
 Immensa penè est mensis, & artis opus.
Te nempe hac unum, SALOMONJ, cura manebat,
 Qui poteras docta vincere fata manu.
Auspice te, Euganei vivunt in funere manes,
 Et nomen caeca à morte superstes erit.
Si legat hac praesens, se contemplantur aetas;
 Si legat hac aetas postera, noscet avos.
Ergo tibi eximiam laudem debere fatetur,
 Magne Heros, aetas nostra, futura, Vetus.

Ernestus Gockelius Ulmenfis.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Γρηγορίου πρεσβυτέρου Σατήρη τῆς Ἀθηνῶν
Πρὸς τὸν ποιητὴν τῆς βίβλου

Ἦ δὲ το σίδη ἐπέλποις σολομῶντα φέρεται.
Καὶ τῶν τρίπτων παταβία σαλομῶντα ὀφθα.
Καὶ ὄγε μὲν λίθοις ἀνδρία τῆ οὐδὲ μὲν;
ἀλλ' οὐτὸς μόντι συνάγων βίβλου ἡμερον ἔγραψε.

SACA 5

10
15
20
30
35
40
45
50
55
60
65
70
75
80
85
90
95
100



sim
adi
ex
ojo
ma
130.
rifi
lab
con-
iffi
ten-
ora
con-
iri-
Re-
og.
re-
nfa
An-
an.
C
ra.
ih.
50.
im-
a-
on-
ege
5ne
co,
iu
du-
la-
Te
rd.
ar.

bra
ca-
za-
cni
cni
ubi
nafa

SACRÆ INSCRIPTIONES VRBIS PATAVINÆ.

In Templo Cathedrali.



Ujus Templi structuram, sunt, qui volunt à Tricidio Fontana Episc. ex antiquis. Cumanorum clara Familia, Anno redempti Orbis DC. XX. fuisse primum erectam. Is enim volens restituere sedem Episcopalem, è Meti amauco, vulgo Malamoco, quò annuente S. Leone Papa anno 458. (cum Patavium ruinis, & incendiis Barbarorum dirutum est) translata fuerat à Beraulo Episc. cum inuenisset Ecclesiam S. Sophiæ olim Cathedralem, una cum ea Civitatis parte everfam, ad hunc frequentiore Urbis locum transfudit, eamque Beatæ Virgini in Cœlum adsumptæ dicavit. Alii censent ab Henrico IV. Bertæ Uxoris, & Milonis Episc. affinitate sibi conjuncti sualẽ Cathedralẽ Ecclesiam huc translata An. M. LXXXIV. à D. Justine Templo, qui locus non solum ad mensam Episcopalem, sed etiam ad non paucorum Episcoporum habitationem pertinuit, ibidemque sepulturam plures habuere: Anno deinde 1117. Urbis verò 1299. terramotu everfam Ecclesiam, Cleri impensis anno 1124. iterum reparatam, ostendit saxum in Epistyllo vastæ columnæ latericiæ penes portam meridionalem. Scard. pag. 26. Cavar. lib. 1. Ung. lib. 2. c. 2. Port. l. 9. c. 2. & 4. Urs. fol. 51. 253. 254.

Urbis enim anno mundi 4018. post excidium Troje 3. Ante Romã conditam 430. Ante Christi nativ. 1182. ab Antenore condita. An. Christi. 369. vehementi terramotu fermenosa corruit. ab Alarico Gothor. Rege anno 409. flammis direpta, & incensa ab Attila Hunnor. Rege anno 454. igne, & ferro vastata à Totila Goth. Rege an. 550. strage, & incendiis solo aquata. Ab Agilulpho Longobard. Rege anno 601. igne cremata adeo, ut Pataviũ annos ferè ducentos desolatum jacuisse referat Scard. p. 32. Cavar. l. 1. Ong. l. 2.

Anno Domini M. C. XXIV. Indic. II.

1 *Arte Magistrali Macili me struxit ab imo
Clerus : terræ primo motus subvertit ab imo.*

2 STEPHANI deinde Carrariensis Episc. auspiciis fornice additos, indicant carmina ad aram S. Stephani.

Hæc Sancto Stephano exstructa est venerabilis ara,

Nec non fornicis Templi reparatio facti.

Carrigero sedem Stephano Pastore tenente.

Quem genuit Patavi Franciscus Junior Heros.

M. CCCC.

3 *Olim in Columna in Area Cæmeterii erecta; hodiè non extat.*
M. CCCC. Illust. Princeps D. Franciscus Junior de Carraria

Iam Stephanus impetravit, quòquidnari Episcopatus solum adiacens ab oriente, ubi nunc amans

simus hortus
Episcopi visitur,
quod ante forum
Publicum fuerat,
ubi sues venales
exponebantur.

Stephanus F. nothus Francisci Junioris defectu aetatis nominatus fuit Administrator Ecclesie Pat. ann. 1396. deinde Episc. Eius vultus in marmore celsus in edificando Sacello Nobilium de Zabbarellis inventus. apud Abbas. Benedicti. Leonem Comitem de Sanguinato Patr. Venet. Ep. Canon. Pat. asseruabatur, hac inscrip. STEPH. de Carraria hac Praesulis imago MCCCCII

Tempore huius Imperatoris an. mxcii. domus Civitatis, quae pleurumque lignis erant, ex lapide extrui cepere superimpositis albis Turribus, quae nobilitatem indignant. Vr. 1. 2.

raria Dominus Paduae, natus quondam bon. memoriae magnifici, & potentissimi Domini Francisci Senioris de Carraria, olim Domini Paduae anno XI. sui Domini Cæmeterium hoc donavit Cathedrali Ecclesiae Paduanæ, tempore Venerandi Viri D. Stephani de Carraria Filii sui, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Ecclesiae Paduanæ Administratores.

Stephani Carrariensis Episcopi tumulus Romæ visitur in Ecclesia S. Clementis, cum hac inscriptione.

4 STEPHANUS de Carraria Episcopus Paduæ, & Aprosini, & Trivicensis hic requiescit. Anno Domini M. CCCC. IX. die X. Mensis Julii. Amen.

Spectantur in huius Cæmeterii vestibulo duæ imagines saxo insculptæ ex utroque latere, eaque antiquissimæ, & admodum raræ, quæ cum penulata sint, APPARITORUM, antiquorum formam præferunt, eorum nempe, qui circa magistratus apparebant, quorum erant ministri, ut nos docet Eques Ursatus de toto orbe literario, sed præsertim de sua patria optimè meritis, in suis Monum. Pat. fol. 233. Imagines autem non minùs hominum incuria, quàm temporum injuria brevi perituras putamus; nam ut Ursatus verbis utar de iisdem loquentis in sua hist. fol. 65. Hozzidi ingiuriate non meno dal tempo, che da gl' huomini.

ANTIQUITUS in Ara majori huius Cathedralis picta videbatur effigies Regis HENRICI Imper. BERTÆ, & MILONIS Episc. Roland. enim lib. 9. c. 2. histor. de mirabili Carroccii structura disserens, postquam dixerat, quod erat Tremor l'otibus Paduanis communis, & signum Civitat' liberæ, subdidit. Si vero forte querat, unde primitus originem habuit, respicias supra altare majoris Ecclesia Paduana, ibi namq; videre poteris in picturis pulchre, & artificiose prætractis, Milonem tunc Episc. Pad. Regem Henricum, & Reginam Uxorem ejus nomine Bertam; quæ Regina petiit pro populo Pad. à Rege, ut Paduanis gratiam faceret, ut edificarent Carroccium, quod eis Attila Tyrannus destruxerat. Eadem Reg. suam Mil. impetravit Canonibus priv. deferendi, ut, & nunc deferunt in solemnibus supplicationibus ingens Vexillum purpureum Quod Pat. in bello gestabant.

De Milone Episc. hæc habet Ugbellius Ital. Sacra T. 5. Milo Theut. summo loco natus Henrici Caesaris favore Patarinam arripuit Ecclesiam; studuitque quam qui maxime eodem Imperatori, Giberto; Antipape, cui Diplomate subscripsit M. LXXXIII. quam obrem oportet illum intrusum contra Uldericum fuisse ante Uldericum obitum. Beneficiis tamen Milonis provocati Canonici cum in Episcopum receperunt. Ut scribit Urs. pag. 253.

In superliminari majoris Januæ Orientalis sub insignibus.

5 FEDERICUS S. R. E. CARDINALIS CORNELIUS EPISCOPUS.

Is enim Cavea (quæ ad fores Ecclesie extabat, & subterranea confessio, seu

Inscriptiones Urbis Patavinae.

3

seu martyrium vocabatur, (supra quam erat Chorus) sublata, translatoque Choro ad Occidentem (ubi jam Franciscus Cardinalis Pisanus Episcopus magnifici, & spaciosi novi Templi, necnon & sacrae Turris fundamenta jecerat, splendidamque Basilicam suis, & Cleri expensis extruxerat anno M. D. XXVI.) clausa majori Janua, quae ad dextram prospectus introitus Ecclesiae aperiebat, majorem hanc, quam vides, in medio prospectus aperuit; demolitusque Turrim veterem, Terremotu, quae satam, quae sinistram ipsius occupabat, Turrim, quam Pisanus Cardinalis inceperat, usui nolarum addixit.

Supra laminas ferreas, quae exornant Valvas majoris portae.

6 Magister Jacobus Malpaga F. A. D. M. CC. LXXXIV.
Indict. XII. de Mense Augusti.

Ad levam. Magister Jacobus Filius malpaga.

*Penes Chori scalas in lithostroto attritum antiquum marmor, ubi Trajuli
effigies Episc. & characteres excisi circum circa.*

7 BERNARDUS MALTRAVERSUS Ecclesiae Patavinae Pontifex almus, quem exaudiat Parens omnipotens, veneranda caterva Patrum. Precemur ergo Deum, qui regnat supernis, ut nobis praestet gaudere cum ipsis.

Facet hic propè corpus GREGORII CRDINALIS PARBATICI EPISC. PAT. Viri ob insignem doctrinam, & sanctimonia famam, & in pauperes toto penè censu sublevandos Cbaritatem; & Patavinis Civibus memorabilis, & toti Christianitati venerabilis.

8 Tumulus Canonorum Paduae instauratus an. 1644.

Ultra ad Templi medium marmor est lapidibus rubeis cum Dracone coronato.

9. H. S. extrux. & aram dotavit Jo: Antonius Grassus sibi, ac suis; clauso hic prius Jo: Bapt. Fil. Adolefc. utroque jure claro invidia caeso, singula, cui Superi dona dedere. Die XX. Decembris M. D. XIII.

10. Venceslao Brugnarae, & Purliharum Comitum, non minus Graece, quam latine doctis, & ingenio, Philosophiaeque studiis Excellentis, qui vixit annos XLIV. ob. M. D. XL. Lucretia Martinenga Uxor optima, & Viri amantissima posuit.

BARTHOL. BENEVENTANI

- 11 Nate Benevento, tibi jus civile catbedram,
 Dum coleres Paduam, Bartholomædedit.
 Tu vigil ad causas, tu tradere jura disertus,
 Tu placidus cunctis dapilitate tua,
 Vixisti prudens, prudens moriendo dicasti
 Huic tumulo corpus, offibus ampla piis.
 Tu proprii fratri tumulo dare corpus eidem
 Mandasti, factum est. parcat utrique Deus.

Antiqua urna rubri marmoris sine operculo, in qua duorum fratrum cineres jacuere, hodie alio transi.

Cum figura Canonici quiescentis humi
 BARTHOL. ROFINUS de Giroladis Canonicus Paduanus.

- 12 Vermibus hic donor, & sic descendere conor,
 Qualiter hic ponor, ponitur omnis honor.
 Quisquis ades, tu morte cades, sta, respice plora:
 Sum, quod eris, quod es, ipse fui, pro me, precor, ora.

Humilis è marmore tumulus opere vulgaris ad illius seculi consuetudinē cū simulacris prope portā orientalem Henrici Regis, et Bertæ uxoris; quæ sublimi loco fuisse memorat Carus ante ostiū extructum. Bertam vero hic codicem ostendit ipsa inscripta nō igitur Spire, ut putant alii.

- Inter simulachra Bertæ, & Henrici Regis, qui redditus
 Ecclesiæ Pat. plurimum auxere
 Elogium Clariss. Bernardi Georgij Urbis Prætoris.
 13 Præsulis, ac Cleri præsentis prædia phano,
 Donavit Regina jacens hoc marmore Berta,
 Henrici Regis Patavi celeberrima Quartii
 Conjux, tam grandi dono memoranda per ævum!

- E regione hujus in pariete sub statua marmori excisa.
 14 CAJETANO clara ex familia Thienea Canonico Pat.
 Viro integerrimo proboq; Theologor. Principi, Philosopho eximio, cujus doctrina cuncta orbis Gymnasia Illustrantur, locus hic datus est.
 Ibidem rursus in infimo Musæi.
 CAJETANUS VIR EXIMIUS.

- 15 NICOLAUS TRIVISANUS J. U. D. Præsul Cencensis, vivens posuit An. Sal. M. CCCC. XCII.
 Vita quies, sed nulla quies mortalibus unquam
 Mors, & vita magis, quam mibi parva quies.
 Vixit An. LXII. Mens. II. obiit M. CCCC. XCVII. Id. Jani

JOHANNES RUBERTUS.

- 16 J. U. D. Canonic. Pat. genere clarus, virtute clarior, probitate rarus, veri Dei pius cultor, ac de pauperibus benè meritus, felici vitæ integritate potitus, hæc in terris impedimentis relictis, in paratum Abrahæ sinum se recepit. Ann. ætatis suæ LXXI. postridie Idus April. M.D.XXIX. Hieronym. Robertus Canon. Pat. ipsi quoque Nepos, Patruo de se benemerito.

VINCENTII LIGURIS.

- 17 *Aurea spes Ligurum jacet hac Vincentius urna
Dic ubi nunc possis spem posuisse Ligur.
Spes perit humana velut intermortua sorte
Vixit, ut hic, spem vix figere! fige Deo!*

MARCATELLORUM FRATRUM.

- 18 Siste gradum viator, atq; hæc parva, si libet, lege: And. Bartol. Nicolaus frater Marcatelli hic siti sumus, posuero superstites Hieron. Bernard. nepotes. De nobis fortassis alii alia: nos nihil aliud.

- 19 Vigilate, & estote parati; quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Franc. Pampino Art. & Decr. Doct. Archidiac. Pad. U. P. An. Sal. M. D. XV.

- 20 Duæ Sepulturæ Fratrum, & Sororum Corporis Domini. M.D.XC.

- 21 Sepulchr. Cap. majoris Eccl. Pad. & alterum Clericor.

BOVETINI MANTUANI J. C.

& Archipresbiteri Patav.

- 22 *Mantua quem genuit Patavis Bovetinus, & Orbi,
A Bove nomen habens, patiens, sine fraude, dolifve,
Quàm sibi, plus aliis vigilans, pietatis alumnus,
Largus erat studio, Largus clero, sibi parcus.
Canonicum lustris docuit Jus, ter tribus annos
Deme duos; obit augusto, jam mille trecentis*

Elapsis;

*De Boatinis,
dicunt alii Jur.
Can. Profess.
qui successit
Uberto de Bu-
xenello Pad.
in Archipresb.
Pat. an. 1300.
quæ an. 1321.
successore ha-
buisset Pileum
de Prata*

Remmata in
ade Archipr.
gratis ostendat,
cum obierit. An.
1307.

6.

Jacobi Salomoni.

Elapsis, jacet hic: coluit te, sume colentis

Virgo patrocinum, precibusque assiste. colenti

Umbra humanum ejus genus, ò pia voce tuis ut

Supplice conserves precibus, te Virgo precatur

N I C O L A O Z A N O T T O .

23. Tho. H. T. cust. sedes optato fortunatas, cui post 84. an. candida, nullique invidia vita cal. April. M. D. XI. defuncto Anton. Zanottus principalis, & M. H. M. memor. erexit. Mantica à tergo avoca.

In Templi fermè medio .

24. HIERONYMO JUSTINIANO Patritio Veneto Prothonotario Apostolico, & Can. Pat. summe Innocentie, atq; integritatis Viro P. Obiit An. M. DC. I. Prid. Non. Maji. Anno ætatis suæ LXXVIII.

-
25. BENEDICTO CONTARINO Patr. Venet. Canonico Pat. Viro summa Philof. atq; Theol. cognitione perbrnato. Julius Cont. Pronep. Canonic. Pat. Beneficiorum memor. Monum. id F. C. Vix. Ann. LXIV. Obiit 1. Januarii M. D. LXIV.

In Sacello S. Georgii Nobilium de Alvarottis, seu de Speronis:

26. Hæc præfens Basilica Sancti Georgii dotata est per honorabiles Commissarios, & hæredes ex Testamento olim Nobilis Domine ALBERTINÆ de ALVAROTTIS Uxoris q; nobilis viri Bartholomæi de Papinis de bonis prædictorum D: Albertinæ, & Barthol. nec non D: Jacobæ Sororis ipsius Bartholomæi cum conditione, quod Sacerdos, qui pro tempore investitus erit, debeat interesse omnibus divinis officiis, quæ in præfenti Ecclesia Cathedrali celebrabuntur, & hoc cum auctoritate, & licentia Reu. in Christo Patris D: D: Petri Donato Episcopi Pad. digniss. ac consensu, & voluntate venerabilis Cap. Pad. ut patet per instrumenta publica manu Joannis Piata Not. A. M. CCCC. XXXV. Die xxviii. Men. Jul.

Uad dex.

Ad dextram Ara in muro sub eleganti simulacro marmoreo .

S P E R O N E S P E R O N I
NACQUE
NEL M. D. di XII. D'APRILE
M O R I'

NEL M. D. LXXXVIII. Di II. di GIUGNO:
Vivendo si fece l'infra scritto Epitafio .

27 Messere Sperone Speroni delli Alvarotti Filosofo , & Cavalier , Padovano , il quale amando con ogni cura , che dopo se del suo nome fusse memoria , che almen nelli animi de vicini , se non più oltre cortemente per alcun tempo si conservasse , in vulgar nostro Idioma con vario stile fino allo estremo parlò , & scrisse non vulgaramente sue proprie cose , & era letto , & udito .

Le Sprone ; qui plura vel lit , videat Elogium Jacobi Philip. Tomasini editu Tomo 1. Elogiorum .

Vivette anni lxxxix. Mesi I. giorni xiii. Morì Padre di una figliola , che li rimase di tre , che n'ebbe , & per lei Avo di assai Nepoti , ma Avo, Proavo , & Attavo à descendentì delle altre due tutti nobili , & bene stanti Femine , & Maschi nelle lor patrie honorate .

In pavimento legitur .

AL GRAN SPERONE SPERONI
SUO PADRE
GIULIA SPERONA DE' CONTI
M. D. LXXXVIII.

28 HIERONYMO, FRANCISCO, LUDOVICO, LEONARDO SPERONIBUS ALVAR. Sper. Bart. Julius Fratres .

29 Bernardino Speroni Alvar, Medico nobiliss. Speronus Barthol. & Julius filii pietatis , ac eruditionis ergo .

Hujus auspiciis constructa erant domus juxta eadem Cathedralium, cujus rei titulus tempore Scard. stabat.

In strato marmore imagine Canonici dormientis sculpto .

FRANCISCI ALVAROTTI.

30 Patriarchæ Aquilejensis Vicarii , & Jur. Conf. ossa .

Ille vices Aquileja tui qui patris obibat ,

Qui cleri , ac gemini gloria furis erat .

Hic Alvarotus tegitur Franciscus in arca

Hæc quantum Patavi fata tulere decus . M. CD. LX.

Legitur

*Legitur in Templo Salvator. ad Laurum Roma, ubi sepultus
Alvarotti hoc Epitaphium.*

- 31 Alvaroto ex Alvarotor. Familia Pat. nobiliss. humani,
diviniq; juris Consult. & dictandis libellis Apostol. ab-
breviatori majoris præsidentię Viro ornatiss. Patavin. ac
Romano Apostolorum Principis Canon. digniss. Fratres
Jacobus, & Franc. posuere. Vix. an. XLVII. Mens. X.
Ob. An. M. D. XVIII. Kal. Oct.

- 32 Eximio Dec. Doct. D. Jacopo Belino Mansionario be-
nemerito M. D. VII. Julii II.

- 33 JOANNI Bapt. Cæsario Nob. de Sancto Viro oppi-
do fori Julii Canon. Pat. Nepotes pientiss. posuere Ann.
ætatis suæ LXXIII. Die XI. Maii.

*Cæsarinus iacet hic magno Vir dignus honore
Iam clarus terris nunc celsis clarior Astris.*

- 34 GABRIEL ERICIUS hujus templi primum Custos
deinde Mansionarius, & Chori Magister V. F.

Ante ipsum sacellum.

- 35 Nobilibus Fr. Fil. ANTON. Savioli Juris Conf. Here-
dis ex testamento Dionisiæ Saviolæ Amicę Heredum An-
dreæ Aleori ejus. fil. Art. & Med. Doctor. ex cœmeterio.
ubi erat huc translatum. M. D. LXXXVI. Kal. Maij.

- 36 D. NATALIS Sanctæ Agnerij. U. D. D. Nicolaus e-
jus Patruelis sibique, & Agnatiss P. P. M. DC. XXX. 27.
Januarii.

- 37 Presbyter ANTONIVS de Malgarinis Mansionarius,
offibus suis hanc sedem præparavit an. salutis. M. D. XIX.

- 38 *BARTOLINUS hic est observantissimus equi*

Justitia forma maximus ille parens

Hoc uno extincto, prob, quantum Foscare perdis

Invenies marens nec probitate pares. M.

1484
B. M.

39 B. M.
HENRICO SAX. Socero
Et Helifabeth Henrici Fi.
Uxor. Karisf. Victor Medicus V. F.

40 Virtute viri reverere sepulcrum
..... Hic quis legis ista Patris
..... Cum sobolem terdenis, & tribus annis
..... Patavinis inclita Roma dedit
Bis, Sex, Trecentum mille Quaterne Decem.

41 GASPARIS OTTELLI,
Et successorum.

42 JO: BAPT. Personæ nobili Liciensi eximiae probitatis,
& prudentiæ Viro Philos. ac Theol. Magistro, in hujus in-
signis Eccl. Pat. Canonicorum ordinem à Sanctiss. PIO
PAPA QUINTO motu proprio cooptato. Joan. Bapt.
Persona ex Fratre Nepos, ac hæres P. C. Obiit anno
Domini M. DC. XIX. XXX. Oct. æt. suæ an. LXXVI.

43 Admod. Rev. Presbyt. Jo: Bapt. Verardo Custodi, &
Chori Magif. quod sibi Mansi. ac Cust. monum. legavit
R. R. Commiss. ex test. P. P. Ob. VII. Id. Jun. 1608.

44 JOANNI Urbano Copiarum Pedestrium Duci, qui
Reip. Venetæ strenuam Annos xx. operam navavit. Vix.
An. xli. D. xv. Obiit vi. Kal. Nov. MDXCIII. Julius
Canon. Pat. & Philip. Archipresb. Sacens. Fr. carisf. P.

In Sacrario majori erant olim XI. sepulchra ferè obliterata.

45 Hic quiescunt ossa ad novissimum diem HIERONYM.
GUIDONIS Med. Doctor. sibi, & suis. M. H. F. 1551.

*In recens magnificè extructo sacello S. S. Sacram. altius ad dextram
introeuntibus, monumentum nobile cum Urna marmoæa.*

PETRO BAROCIO

46 Bellunensi primum Antistiti, Pontifici deinde Patav.

Sau.

*Is paulo ante
mortem, dum
à domesticis,
et propinquis
pertinaciter
irgeretur, ut*

Sanctimoniae, pietatis, eruditionis, beneficentiae incomparabilis Senatus Venetus, Monumentum hoc faciendum curavit.

conderet Testamentis acci-
to Scriba, et pa-
ratis tabulis, et
testibus, quos roga-
tis, quando, in-
quit, testari
mibi, necesse
est, ut meis
murem geram,
scribe. Ego. Pe-
trus Barocius.
Episc. Pat. re-
linquo animam
meam Deo, cor-
pus terrae, fa-
cultates vero,
quascumque pos-
sidebam, siquae
restant, relin-
quo, quibus de-
jure debentur.

Scard. fol. 382. hoc aliud Epitaphium retinet.

47 M. S. Petro Barocio Patrit. Veneto, Pontifici Patav. Sagrar. q. literar. cultori eximio, fide, Religione, ac pie- tate incomparabili, ut pares paucos, superiorem habe- ret neminem, qui non sine magna pauperum jactura, ac totius Patav. Urbis dolore migravit ad Dominum. Ann. Christ. Salut. 1507. Die 10. Jani cum annuntia- geret suae aet. 66. Joan. Bapt. Rota Patav. Petri F. JIII. ejus aus- picibus Patavia Germaniae cum Patavio Italiae commutans hic sedem collocaverit. Tantar. celeberrimi Viri virtut. ac plurimum in se, parentesque suos meritorum non imme- mor debitam effigiem, & lapidis inscript. Patrono B. M. gratus apposuit. Ann. à partu. Virg. 1560.

Pileus de Fo-
ro Julio ann.
1360. electus:
Episcop. postea:
Card. conditus
primum in sa-
cello S. Joann.
Colleg. Is Pra-
tense erexit,
suisque opibus
ditavit. Vir
militaris inge-
nii, de quo Cia-
comus in Urba
no VI. Cavati.
lib. 6. & alii.

E regione bujus sepulchrum splendidum cum simulacro
Episc. sub tentorio quiescentis.

PILEI PRATE CARDINALIS.

Stirpe Comes Pratae, praclarus origine, multis
Dotibus insignis, saeclo celeberrimus, orbe:
Defunctus statuit sua sic suprema voluntas,
Hac Cardinalis Pileus tumulatur in urna.

In Choro medio marmor elegans cum stemmate.

49 Aet. Petri Abbatis Labia Canon. Patav. sedilia, & pavimentum. M. DC. IIC.

Successit Do-
natus Petro
Marcello in E-
piscopatu ann.
1438. Palatinus
Episc. infra-
navit: Studii:
Pat. privilegia:
ab Eugenio IV.
Sum. Pont. co-
firmari cura-
vit. Multa pro-

50 PETRI DONATI Episc. Pat. offa. Post Aram Basilicae SS. Sacr. arca marmorea cum insignib. gentil.

In Prope Templi medium in loco sublimi.
In cunctis virtute nitens, & jure professus:
Canonicus Doctor Leonicus Guido reclusus:
Cum tribus, & funi bis dena, Luceque bina.

52 Memoria Ulrici Episc. Secovinis divini, & humani ju-

ris peritis. Rom. Ecclesiae Presbyt.

*Ecclesie Pat.
splendore ad-
didit. Ejus a-
tate inuicta est
effig. B. V. de
Monte Ori. de
qua in Inscr.
Agui fol. 171.*

*In sacello Zabarellorum B. M. V. in sublimi loco, cum figura
marmorea Card. quiescentis.*

- 53 FRANCISCO ZABARELLÆ Florent. Archiepif. viro
optimo Urbi, atque orbi gratiss. divini, humaniq; Jur.
Interpreti præstantiss. in Cardinalium Collegium ob sum-
mam sapientiam cooptato, ac eorundem animis Pontifici
propè Max. Joan. xxiii. ejus suasu abdicato ante Martinū.
V. ob singularem, probitatem in Constantiensi Consilio
destinato, Joann. Jacobi Viri clariss. fil. id monumenti,
Ponendum curavit.

Vixit ann. LXXIIX.

Obiit Constantiæ M. CCCC. XVIIIX.

- 54 Franciscus de Zabarellis Patavinus J. II. D. S. S. Col-
mæ, & Damiani Diaconus Card. Flor. Obiit An. Dom.
M. CCCC. XVII. Die Dominica S. S. & generali Synodo
constantiæ congregata, cujus corpus in præsentis sepultu-
ra tumulatur.

*Car. Zabarell.
sepulcr. aetate
Tomafini a-
pertu fuit in-
venta in eo la-
mina hisce lit-
teris, qua as-
servabatur r ja
apud Co. Juc.
Zabarellam.*

*Visitur in Aula Gigantum, ubi Bibliotheca publica, sub hu-
jus Cardinalis effigie jussu Civium Pat. à Ti-
tiano picta sequens inscriptio.*

- 55 Franc. Zabarella Pat. Christianæ Reipub. tutor, Car-
dinalis meritò creatus, suis immortalibus commentariis,
quæ in manibus sunt, Juris Pontificii enigmata, nodosq;
solvit. Cum omni virtute, tam vitæ integritate admi-
randus. Religionem nostram discordiis Præsidum nu-
rantem Concilio Constantiensi in pristinam sedem re-
stituit, quo omnium consensu Pontifex destinatus; o-
ctuagesimum ferè ætatis annum agens humanis excessit.
M. CCCC. XVII.

In Pariete ad latus lævum.

BARTHO. ZABARELLÆ Andreæ F. Archiep. Flor.

- 56 Sub Eug. IV. Maximis in Rep. muneribus
Singulari cum laude perfuncto
Juris prudentiæ, Religionis, rerum

*In hoc Zaba-
rellor. Sacello
B. Vir. dic. to,
cujus iconem
Justus Pætor
ad imitatione
S. Luca effig.*

B 2

Gesta-

bre effinxit, ea
 nobilis Femina Anton. Zabarella Eccl.
 Cathe. reliquis
 statuenda ad
 Aram gentil.
 D. D. Petri, et
 Pauli, ubi in-
 sunt hac suo-
 rum sepulchra
 major. 4. 1341
 Scard.

12

Jacobi Salomonii
 Gestarum gloria clarissimò
 Post Hispanicam Legationem
 Bonorum omnium suffragiis
 Propensaque ipsius Summi Pont. voluntate
 Patrii Card. purpuram jam illi
 Deferentibus importunè interempto
 Andreas Zab. Joannis F. Eques
 Ad excitandam in posteris tanta
 Virtutis emulationem. P. C.
 Obiit. Sutrii ann. Sal. M. CCCC. XLV.

Humi in strato marmore.

57 JACOBO ZABARELLÆ Franc. F. Equiti Civilis E-
 legantiæ, & ingenuæ probitatis laudibus claro,
 & duobus Jacobi F. F.
 Ludovico Pat. Ecclesiæ Religiosiss. Archipresb.
 & Leonidæ fraternę Pietatis imitatori.
 Hieronymus Zabarella ejusdem Eccl. Canonicus parenti,
 & Fratribus de se opt. mer. sibi que, & Post. F. C.
 Ann. Sal. N. M. DC. III.

Genit̄ hęc no-
 bilē, quę a Sa-
 badinis Bono-
 niensibus ini-
 viū sumpsit, à
 gubernatione
 patrię expul-
 sam, Calorius
 Sabad. Bono-
 niensis Eq. bñ
 transfulit, &
 in Pl. be Sacci
 domiciliū pri-
 mū sibi acqui-
 sivit An. Do.
 1180. Quievit
 Calorius in pa-
 ce an. 1211. 14
 Mart. ut indi-
 cat ejus sepul-
 tura in majori
 Eccl. S. Mar-
 timi. De origi-
 ne, & nobil.

58 D. O. M. ACHILLI ZABARELLÆ Andreę Eq. F.
 Patr. Patavino
 Ob res Bellicas in Pannonia gestas
 Cæsari summè Dilecto
 Et militari honore insignito
 Dum xxv. Ann. ageret
 Vita Fortiter in Lunia functo.
 Aurelius Abbas Ord. Olivetani. FR.
 Et Anselmus Anselmius Eq. Sororius
 illius jussu M. P.
 Obiit ann. M. DC.

59 BARTH. ZABARELLÆ Archiep. Flor.
 Andreas Zab. Jo. F. Equ. sibi que, & Posteris.
 Vix. an. LXXVI.
 M. VI. D. VIII.
 Ob. D. XXI Dec. M. D. XCVIII.

JACO.

60 JACOBO ZABARELLÆ Pat. Equestris Ord,
viro integerrimo Pont. Cæsareiq; Jur. Con.
Joann. & Franc. P. & S.
Vix. ann. LXXVII. M. XI. D. VIII. Ho. VI.
An. à Chr. Nat. M. D. XXV. VIII. Kal. Jun.

hujus Familie
vide Hieron.
Carvatiu in
sua aula Zabarellæ 1599

Vetus ante sacellum Sepulcrum dirutum.

61 GEORGIO BUZZACCARINO Canon. Paduan.
Juris consulto Patruo beneficentissimo, Jo. Patarus, &
Jo. Franc. ex Bonifacio Fratre Nepotes. Obiit 1502. 8.

Kal. Aug.

62 GEORGIO, & ARCUANO Buzzaccarenis Can.
Annis M. D. II. & M. DC. XV.

Altius in columna ejusdem Sacelli B. V. sub Icone marmorea.
63 PETRO S. R. E. Cardinali Valerio Episc. Pat. hujus
Ecclesię primum Canonico, & inde ad sublimiores titulos
evecto; Canonici hæredes ex Asse post constructum ex
Pia ejus voluntate B. V. sacellum, Aram erectam, Sacer-
dotes ad faciendum institutos, Grati P. Anno 1651.
Juribus familę Zabarellæ illæsis permanentibus.

Fuit Petrus
post Famagu-
stinas Insu-
las, & Ar-
chiepiscopat.
Cresensem
cum esset Ce-
netensis Epis-
cop. ann. 1625
ad Episcopat.
Eccles. Patav.
& anstatis

In medio Sacelli Sepulcrum ad planum positum.

64 D. O. M. Leonellus Leoninus ex Comitib. Sanguineti
Nob. Venet. Redempt. Mantuę Eques, hujus Eccl. Can.
officio, & consuetudine Principib. carus, Paterni in fra-
tres animi sincerę in amicos fidei, diuturnę podagrę do-
loribus vexatus vitam pro pœna, mortem habuit pro re-
medio. An. Ætat. suæ LXIV. Domini M. DC. LXI.

65 Francisco Leonio Nob. Pat. ac Patr. Venet. ex Com.
Sang. Abb. S. Nicolai de Lissa hujus Cathed. Can. Antiq.
ac olim Thesaur. ex Fratrib. Nepotes Viri Nob. Patruo
Meritifs. vix. An. 86. in Canonic. an. 69. M. 4. Ob. An-
no Sal. 1681. annuen. Cap. Canon. suo opt. merito P. P.

Ab hoc non. longè distans, in alio marmore.

66 D. O. M. Augustinus Agazzi Canon. Pat. Alex. Papæ VIII. ex sorore Nepos, ab eodem in Canonic. successor adscitus, hoc uno contentus, noviss. quietis locum annuente Capit. vivens sibi paravit. Ob. An. MDCLIC. Ætat. suæ Lxi. Canonic. XLVI. mortis autem dies Februarii tertius fuit.

67 Hic Jacent Ossa Joann. Carrarii Mansionarii, qui in integritate morum, administratione sacramentorum, ac gubernio animarum, nulli secundus fuit. Ob. An. 1678.

68 Amici uiuite læti, sed non immemores lethi, interim rogate Deum ne animam Custodis Nicolai Tartari absorbeat Tartarus. Obiit Anno M. DC. L...

69 Vincentio Franciscano nob. & Canonico Pat. in Patrio Lycæo Sac. Canon. interpreti eximio, Viro integritate morum, Sapientia, Prudentia, & rebus publicis utili semper constantia memorando. Vivianus Daniel, & Ant. Fratres annuente Capit. Mestifs. P. P. Obiit 17. Kal. Nov. Æt. 67. Sac. dignit. 42. Publ. Magist. 46. Sal. 1698

In Templi fermè medio.

70 Franc. Dotto Canon. Pat. ex Daulorum Antenorea familia, doctrina, moribusq; ornatiss. in ipso iuventutis flore erepto Alex. Fr. Fratri opt. F. C. Vix. an. 28. Ob. 1529.

71 *Sepoltura della Fraggia di Barbieri di Padova.*

72 Ant. Boldù Can. Pat.

Gabr. Boldù

Canonico patav. Filio, & sibi P. P. M. D. XL.

Prope Aram Cacorum.

73 Francisco Zante Bartholomæi Filio Parenti amantissimo, qui ad ultimam senectutem feliciter pervenit. Bartholomæus Mestissimus Filius Parenti Optimo sibi que, & poste-

posteris in novissimum diem quietis locum paravit. Obiit Anno Dom. M. DC. XXI. Sept. Kal. Januar. erat. sup. An. IIC.

Ad dextram Janua, quae ad Episcopium ducit in elaborato marmore parieti affixo.

G A L E A T I O M U S S A T O.

74 Archipresbytero altitudine animi, & consilii praestantia cum paucis comparando, qui Canonic. jura, atq; immunitatem eam fide, & intrepidi pectoris constantia tutatus est, ut nec gratia unquam, nec metu ab officio avocatus fuerit, aut deterritus: demum Episcopi demortui vices gerens, talem se praebuit, ut Ecclesiam Pastore orbatam nemo senserit, & hujus interitu magno praesidio destitutam omnes ingemuerint. Canonicorum Collegium H. M. P. Ann. Dom. M. DC. LXV.

Ad ejusdem januae latus laevum, in atrato marmore.

75 LIVIO de NORES nobilissimo Cyprio Com. Tripolis Canonico Patavino
Marcus Antonius Martinengus Comes
Et nobilis Venerus
In Canonicatu Coadjutor, & successor
Viro optimo, ac de se optimè merito. P.
Vixit annos LXXVII.
In Canonicatu XLVI.
Obiit oct. Kal. Mart.
M. DC. XXXI.
Sepultus in hac Cathed. Eccl.
In tumulo Canonico.

Martinengus ab Urbano Ottavo Opt. ingeniorum estimator Episc. Forcellanus ob singulare animi probitatem electus est.

Supra simulacra Henrici, & Berte propè majus Ostium.

76 PËTRO SYLVATICO Bartholomæi Ser. Reip. Venetæ J. C. & Equitis F. qui annum duodevigesimum vix attingens in Belgio, & Gallia pro fide miles, post sortem quadriennii totius operam honestis, & acerrimis in preliis acceptis vulneribus Sereniss. Veneti Sen. Con. inter alios pro-

proceres ad militiam designatus, mox præsidii Marani
munitissimi oppidi præfectus adhibitus, natus annos Vi-
gintiquatuor Idibus Decembr. M. D. XCIV. nunquam
fatis defletus, laudatusque obiit Pater mestis. P.

*In pariete ad dexteram Altaris S. Hieronymi, sub Doctoris, & Eq. i-
magine in Lydio lapide literis aureis.*

77 BARTH. SYLVATICO Patrio Pat. V. C. in patrio
Gymnasio per L. annos primario U. I. Interpreti, Reip. Ve-
netæ Consultori, in magnis ad Cæsarem, atq; alios Prin-
cipes legationib. præclaram ex eo munere gloriam ade-
pto, ob singulares doctrinæ, fidei, prudentiæ laudes am-
plifs. S. C. equestribus ornamentis, donisque insignito,
religione in Deum, beneficentia in omnes longè conspi-
cua post LXX. annor. ætat. Principi, Patriæ, Academiæ,
bonis omnibus immaturè ablato, Hier. Sil. Eq. Fr. & Fi-
lii IV. liberali patris educatione perhonestis aucti tit. P. P.
Obiit an. S. M. DC. III. XII. Kal. Oct.

*Monus Are.
suo Aram S.
Caroli erexit,
Tom. Monu.
Pataru.*

78 Nobilium SYLVATICORUM monument. in peri-
stylio ad templum vetustate jam prope dirutum, cinere,
ossibusque translatis, hinc restitutum M. D. XC. IV. I-
dibus Decembris.

79 Orate pro FANCISCO MEMO Canonico
Thesaurario mortuo An. Do. M. DC. XXX.
VIII. Kal. Aprilis ætat. suæ An. LXIII. M. III. D. XII.
Canonicus Ann. XL.

ALEXANDRO FERENTIO J. C. Canonico
80 animi candore doctrinæ eminentia liberalitate
in pauperes Religione præclaro.
Joannes Terentius J. C. ejusdem beneficentia in Canonicatu
successor patruo optimè merito M. DC. XXIV.

81 Cæsar Taverius Perro dilecto filio, Jo. Federicus Ca-
nonicus Saccensis, & Jo. Franciscus Cæsaris Fratres Ca-
ris. Nepoti, sibi ipsis, & Posteris suis posuere 1596.

JOAN.

82 JOANNINÆ Familix Pat. Tumulus
*Frigida conduntur parva nunc ossa sub urna ,
 Ast animo exegit credita pensa Deus .
 Anno Salutis M. DC. XV.*

83 Huñc Dormitionis locum sibi , & suis angelica tuba aliquando excitandis JACOBUS, & DONATUS CATANEI Viv. Pos. Anno Sal. M. DC. XI. Mense Jul.

84 Hoc est sepulchrum Dom. Presbyt. PETRI RESTAURI, & Matris ejus, & Hæredum M. CD. LXIX. Die III. Sept.

85 Sepulchrum Peregrinæ Familix cum stemmate .
 MARCUS ANTONIUS PEREGRINUS J. C. hanc vivus condidit inscriptionem , quæ ab hæredibus adhuc omiffa .

*MARCUS ANTONIUS PEREGRINUS origine Vicentinus electione Patavinus Juris Conf. Eques , & Senatus Veneti Consultor à secretis Serenissime Reipub. Primarius Juris Pont. Lector , & ex decreto Sereniss. Principis Antesignanus ; Doctorum omnium Collegii Patavini quantus fuerit multiplicia ejus in Jure scripta ubiq; terrarum sæpe visa , semperq; probata testantur .
 Obiit Anno Christi M. DC. XVI. Die V. Decembr.*

Peregrini vitæ tam peculiari libello edidit Tomaf.

Vixit Annos LXXXVI. M. III. D. IV.

Ad Aram S. Laurentii in Marmore literis aureis .

86 Divo Laurentio Antiquitus dicatum ex ligneo . hunc Com. Bartholomæus Sylvaticus Canonicus Patavinus transtulit Annuente Capitulo . MDC.LX...

Ibidem in Pariete sub Icone marmorea .

87 Benedictus Sylvaticus Eques Barthol. Fil. Medicinæ practicæ in primo loco professor , cum honore superni ordinarii, Domi, forisque præclarus ; Ferdinando III. Cæsare, Uladislao Poloniæ Rege, & Italiæ Principib. salute re-

C

donatis ,

donatis, aucto nominis splendore, cum à Senatu Veneto exornatus est Equestri dignitate precio legationis eximie pro Patria gestæ ad Joannem Cornelium Ducem inauguratam, demeritus Posterorum studia libris tam à se in lucem editis, quam domesticis in Academia Bibliothecam collatis. Obiit Anno ætatis suæ LXXXI I I. Christi vero MDC. LVIII. Com. Barthol. Canonicus, & Benedictus Fratres Magno Patruo Hoc. M. P. Anno 1693.

Secus Aram S. Caroli. Humi.

38 Ossa Placidi Zannini Medici physici parentum expectatura. Anno Salutis M. DC. VC.

Ad dextram Ara in Pariete marmor elegans.

D. O. M. Carolo Patino. Paris. Equ. D. M. Prisc. Numismat. studiis clariss. Fama celeberrimi Patris æmulato, & Patrio in Patav. Lyceum excepto, post totam Europam lustratam, præmiis, & majorum principum gratia aucto, cum calumnia feliciter luctato, ac pro fundamento virtutis, fortunæ ruinis uso, ob veterem eruditionem eructam, posterorum cultum promerita Magdalena Ommetz Paris. Uxor Gabr. Carola Santa Paulina, & Carol. Cath. Filiæ, extremo Amoris argumento, annuente Capitulo Parentant. Ob. An. M. DC. XCIII. VI. X. Oct. ætat. suæ An. LIX Mens. VIII. D. X.

Sub Ara hodie S. Antonii Abb.

39 *Hieronymo, & reliquis structa est Doctoribus Ara
Hæc sacra, quam celebris devotio Bartholomæi
De Placentinis; Parma studiosa dicavit
Doctoris legum merita ratione Cathedræ
Aula Carrigerum dum Prætor adesset, & almi
Laudibus, & vita miris hæc picta capella est
Hieronymi solum, cujus doctrina columnis
Est ardens fidei lumen, fulgorque coruscum.
M. CCC. LVI. de mense Sept. constructum
fuit hoc altare.*

Sabinus

Subtus Chorum in Delubro S. Danielis Martyris post Aram, ubi S. Martyris corpus quiescit sub crate ferrea deaurata in albo marmore.

- 90 Hic sita est pars tabulae lapideae, & lignae, in quibus corpus Beatissimi Martyris, & Levitae Danielis confixum fuit.

In sacello S. S. Crucis ad dextram Ara in pariete.

- 91 Ligni S. Crucis insigne frustum ab Joanne Comite Turiano Vegiae Episcopo, inter alias reliquias Cathedrali Ecclesiae donatum Ann. 1617.

Ibidem ad Lavam.

- 92 Joannes Bapt. Verus Canonicus Penitentiarius Protonotarius Apostolicus in hoc Altari, quod S. Cruci dicatum, Aere suo erigi curavit annuente Capitulo reposuit Anno M. DC. LXXVL

Humi vero in Tumulo.

- 93 Jo. Episcopus Veglensis humilibus precibus implorat, ut religiosus Clerus, populusque devotus assidue, ac pie commendetur. D. O. M. Sacratiss. Virgini, omnibusque Sanctis, quorum reliquus venerationi fidelium hic ipse collocavit An. Sal. M. DC. XXI.

Penè gradus Ara in marmore sepulcrali apprimè nobili.

- 94 Ossa Marci Cornelii Episcopi Pat. perpetua veneratione colendi dolentes Canonici, ignoto Cippo diutius jacuisse, hoc decentiori sepulcro, laetis nunc animis donant, Ann. ab ejus obitu. LCI. à Christi ortu 1676. Grati erga Praesulem, qui sanctè rexit Ecclesiam, qui Capitulum sincerè ornavit.

Ab hoc non distans.

- 95 Jo. Bapt. Verus Can. Penitentiarius Protonotarius Apostol. iter mortalitatis ingressus ipsis ipsi nascentis saeculi

Hujus Sancti corpus e templo D. Justin. ab Ulderico Episc. a. 1068. ad hanc Ecc. translatus depositum fuit in loco ubi jacuit usq; ad a. 1295 cu translatus est in sacc. ad meridie situ, ubi nunc est s. s. Eucharist. Ara; demique an. 1592. Episc. Aloys. Corneliolumni papa per urb em circumsatam positum est in hoc subterraneo saccel. in arca marmoris eximie tabulis aneis martyrii Divi referribus or. nata.

Kalendis, usque ad annum septuagesimum sextum, Te-
pulchrum morituro sibi paravit propè illum sua hic cura
cumulatum, sub cujus auspiciis adolevit.

Obiit IV. Idus Novembris M. DC. LXXXIV.

Post Aram, Humi.

96 Hic Mortales exuvjæ conteguntur Bernardini Cauci Pa-
tr. Venet. Canonici Patavini, Viri Christiana pietate
præclari, qui Virtutum, ac dierum plenus An. natus 73,
Ip. Deo reddidit 4. Non. Sept. 1633.

Ibidem ad Jesumum Aræ Humi in parvo lapide.

97 Offa Francisci de Dondis ab Horologio Canonici
Theaurarii. Obiit An. MDC.L...

98 Offibus Ecc. D. Henrici Bacchereli Antuerpiensis.

99 Benedictus Abbas Leonius è Sanguineti Comitib. Pa-
tr. Venet. & hujusce Cathedralis Can. ut in ejus Ecclesiæ
quiesceret sinu, quam per Annos quinquaginta, & ul-
tra, cultu, consilio, opera constanter juvit, hanc sibi
sedem post vitam elegit vivens. Ann. 1675. ætatis suæ 78.
Obiit MDC.LXXXI. die 29. Mensis Octobris.

In medio sacelli in amplo marmore Sepulchrali.

100 Andreæ Abb. Venerio Patr. Venet. Summorum Pontifi-
cum Clementis X. & Innocent. XI. ad honorem cubicu-
lario, Prælato Domesticò, Utriusque signaturæ Refe-
rend. Faventiæ, & Fabriani Governatori, defuncto Vene-
tiis, huc ex testamento delato, Capitulum Can. suo o-
primè merito. P. vix. An. 37. Obiit 1684. Kal. April.

Ibidem humi prope Altare in lapide Lydio literis aeneis.

101 JO. FRANCISCO AB. MAUROCENO
Jo. Francisci Card. Nepoti Patruo beneficentiss.
Jo. Franciscus Abbas F.

Mort. an ætat. LXVIIII.

M. DC.

102

Ibidem in Lydio lapide literis aeneis.

FEDERICO CORNELIO

S.R.E. Cardinali Episcop. Patav.

Advectis Roma ossibus Hered. ex testam. P.

Vix. an. LVIII. M. III. D. XXI.

Ob. M. D. XCIV. Non. Oct.

103

Ibidem in alia tabula Lydii lapidis literis aureis.

A LOYSIO CORNELIO

Federici Card. Patruī in Episcopatu Patav. successori

Fratres ex testamento P. C.

Vix. an xxxvi. M. viii. D. xxi.

Obiit XIII. Kal. Nov. M D. xciiii.

104

TRICIDII EPISCOPI PATAVINI.

Hic requiescit in pace Tricidius Episcopus hujus Sanctae Patav. Eccles. sedis, qui sedit annis xxvi. Mens. viii. & fuerunt omnes dies vitae ejus, quibus vixit, ann. lvi. Mens. iv. omnes rogate pro requiescente.

Hæc duo Sepul. extabant olim in loco subterranean. diælo, sub cõfessione prope major. Ecc. Januam.

JOAN. TRANSALGARDI, vel CAPILISTII, aliàs FORZATE' Episc. Patav.

105

Nomine Baptiste Paduanus Episcopus iste, Stemmata Forzatum, juris quoque nobile pratum: Gregorii mores, fama Salomonis honores: Prosdocimi vitam, patriam possedit avitam: Ter nonis annis, obiit, sed luce Joannis. Lustra ferens toto numero cum ter tribus octo Talia sceptrâ tenet, post hæc sua corpora petra Cui genitori dempris annis de mille trecentis Et ter quinque dedit cælum, cui mundus obedit Quaque die natus, supera fuit arce locatus, Obiit anno MCC. LXXXIII.

Hujus viri precibus Urb. IV. Pontif. Gymnas. dignitatem auxit. Ex Tom. de Gym. fol. 36 r.

In Saccello S. Jo: Evangelistæ.

- 106 Conditus est in hoc Templo Gerardus Pomedellus seu de Ponte ex Doctore, & Equite in Episcopum magno populi consensu electus. An. M. CC. LXIX. Doctrina, & vita clarus, qui tanta auctoritate, & facundia valuit, ut acerrimam contentionem, & periculosissimum bellum occasione Arcis Campreti, ortam inter Tisonem Campi Sancti Petri Comitem, & Acciolinum II. de Onaria, ejus avunculum sedaverit, & pace inita cuncta felicem exitum habuerint. Obdormivit in Domino An. 1205.

Ludovicus unus ex S. Bonifacii, et aliquando Veron. antiq̃ Urbis Comis. à Scalliger. expulsus primus cu tota famil. Pat. transmigravit, ubi Civit. Pat. donatus est. Vince guerra ex hac nobili gente Com. Dux, et Imp. totius exercitus à Rep. Pat. contra Scalig. eligitur. Lud. alius Can. Pat. Leonis X. à cubiculo itimus, Apof. Nuc. ad diversos Principes, & presertim ad Venetos pro arduis negotiis sepe missus est. Ob. 1545. Ex Scard. fol. 300

Ferme ad Templi medium amplum marmor cum insignibus gentilitiis dumtaxat, Comitum S. Bonifacii.

- 107 Jacet in hoc Templo sub lapidea tabula Jacobus Leonessa Canon. Patavinus Flaminie legatus à latere à Pio II. constitutus, in qua nil legebatur, nisi hoc verbum dumtaxat. SACRUM.

In Sacratio Majori Canoniorum sub imagine depicta.

- 108 M. ANTONIO CORNELIO Episc. Pat. origine Principibus æquali, mansuetudine monum privatis simili, Canonici Patavini suavitare consuetudine adstricti, & ab eo Hæredes instituti, ac hisce eximiis picturis ornati Domino beneficentissimo P. P. M. DC. XXXVI.

Ibidem sub imagine B. V.

- 109 Sacratio hoc propter insignes Sanctiss. reliquias interius venerandum propter hoc etiam Titiani opus V. C. Abbatis Francisci Comitum de Leonibus Can. Pat. Donarium exterius visendum P. An. Dom. 1645. Pr. Kal. Mart.

- 110 Mem. Æt. Animæ sacre colendæ Petri Valerii S. R. E. Cardinalis Canon. Pat. Concanonico olim suo Episc. & Patrono beneficentiss. Hæredes ex Assè grati, & memores posuere. M. DC. XXIX.

Hujus are à fundam. restitutusuit sac

Ad

cell. B.V. Nobiliu de Zabavellis cuius ara novi operis constructus artifice Niatheo Correrio an. 1648. Tommasi.

Ad Fontem Aquae lustralis.

111 FRA ZUANNO da COMO.

Olum in Templo in fracto Tumulo. hodie non extat.

112 Marci Badiae huiusce Templi à sacris ceremoniis Viro opt. ac religiosis, multo non sine omnium dolore vita functo laudatis. Hyeronimus Frater, & Antonius Nepos hoc Monum. mestissimi pos. Vixit ann. lxxi i. gratus omnibus & nunc desideratus. Obiit xvi. Ian. M.D.LIV.

In Claustro inferiori ad Orientem, ubi Canonica Templi.

113 Pacio de Ubertis Patr. Florentino, Civiq; Veneto
V. P.

Et sibi, & suis. Ann. Christi optumi. MCDXL. de Aprilis.

114 Hic jacet discretus Vir Dominus Bafianus de Pont.
de qui obiit M.CCC.XLII.

Ibi in Pariete.

115 Hic jacent ossa Jacobi Podacatari Nobilis Cyprii.

Inibi in proximo.

116 Christianissimus, ac religiosissimus Vir Mag. Gugelmus de Abrianis Doctor Medicinæ dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est, hic sepultus fuit anno die veneris 27. septembris. Anima ejus in Caelo requiescat amen.

Penes Portam occidentalem Baptistarii sub Arca sepulchrali Caccii Episcopi.

117 Mares de CACCIO requiescunt hoc monumento.

Statim extra foras ad claustrum subtus scalas Arca mar- morea recens inventa.

118 A. D. M. CCC. LXIX. Ind. VII. Sepultura Domini Barthol. de Placentinis de Parma, &

Fuit Joan. de Placentin. de Parm. n. 1370 Episc. Padu. mox Urbeve- ran. & tandem a. 1598. Venet. In C. M. S.

*In Superiori Atrio, sive Claustro ad meridiem sub stemmate illorum
de Zabbarellis cum Galero Cardinalis.*

119 Dominus FRANCISCUS de Zabbarellis.

*Dignitas hac
ab ann. 870.
sub Rosio Episc.
in Cathed. sita
est. Illam re-
novavit anno
1442. Petrus
Donatus Episc.
non autē in-
stituit, ut pla-
cet Ugbeio in
sua Ital. Sacr.*

*Super ostium adium Archidiaconi, ubi nunc residet
Matthæus Magno. Patrit. Venetus Archi-
diaconus vir moribus, & prudentia
spectabilis olim in rebus Philo-
sophicis discipulus meus,
cujus meritis majores dignitates
comprecor.*

120 SAT EST HOMINI MORIENTI.

121 In Scholis Clericorum super Cathedra Præceptoris
Grammaticæ, quam Desiderius Lignamineus ordinis Præ-
dic. pro Clericis instituendis (ut ipse scribit) deputatus
instaurandam, & pingendam curavit anno 1552.

Occidit miseros crambe repetita Magistros.

In eadem Cathedra in ingressu.

122 Celeritas in desiderio mora est. Kal. Maji 1547.

*In parte anteriori aspicitur Caduceus Mercurii
cum hac brevi Inscriptione.*

VIRTUTI FORTUNA COMES.

*In eadem peristyllii parte superiori lapis in pariete literis
Longobardis inscriptus.*

123 MCCCC.X. Indictione secunda die martis xv. Men-
sis Martii Hoc Claustrum inferius, & superius factum est
de bonis nobilis Viri JOANNIS PARIXINI de Mediis
Comitibus de Padua per Commissarios suos, videlicet,
per nobilem Virum Comitem Novellum de Mediis comiti-
bus nepotem suum, & providum virum Jacobum quon-
dam Ser Guerini ejus fratrem Uterinum pro anima sua,

*In unoquoque latere parietum, qui quatuor sunt, totidem
sunt*

*Hic vir sepul-
tus est in Eccl.
S. August. ad
Sacell. S. S.
Apostol. hodie.
S. Rosæ*

*Sunt lapides, quorum singuli continent insignia ipsius Domini
Joannis Parixini bisce-versibus.*

*Hoc Parixinus opus medio de Conte Joannes,
Legavit fieri post sanctos sidera manes.*

Ad eam partem, qua respicit Orientem, lapis infixus parieti.

- 124 FRANCISCUS Aivarotus Doct. hujus S. Paduan.
Eccl. Can. & Camerarius structuram interiùs cum omni
ornatu construi fecit, Subcamerario Domino Antonio
à Sancto Clemente Capellano. Anno Domini 1447.

*In eodem pariete est tabula lapidea, in qua insculptum est
Insigne P. P. Eugenii IV. cum bisce literis.*

- 125 EUGENIUS PP. IV. SUMMUS BENEFACTOR.

*Eugenius
Pont. Max:
Summa muni-
ficentia banc
Eccl. aliasque
Sacras ades,
et Cenobia or-
navit. Totm.*

In Clauſtro Inferiori in tabula rubri marmoris.

- 126 Bärth. Renaldino Pacis, & Ulianæ F. in fratrum suo-
rum confortio ejus commiſs. P. die I. Dec. An. D. 1542.

- 127 Sanſonæ Familiæ ossa pridem hac in Urna conduntur
anno à Christi Redemp. Nat. M. D. XCVI. Mens. Dec.
Gabriel Sanſonus J. U. D. Quartus numerarius in sacro
Jurist. Colleg. Patav. Antiquis. sibi, & Poster. lapidem
hunc ob alterius corrupti vetustatem. V. F. C.

*Ant. de Tem-
po, qui Pe-
traribecarmi-
na Etrusco
commentario il-
lustravit, non
longè ab hoc
tumulo obli-
teratum spe-
ctatur sepul-
chrum. Fa-
milia hec ex-
tincta est. To-
masi. Mon.
Patavina.*

Ad Occidentem in pariete prope portam Baptistarii.

- 128 *Qui cum prole sua cinctura fulsit equestri,
Inque Sacerdotum Canone Doctor erat,
Hic jacet Artistes CACII de stirpe JOANNES,
Cujus nomen humi, mens viget astra super.*

Humi subtus sepulchr. Episc. Cacii cum effigie Sacerdotis.

- 129 Hoc est sepulchrum omnium Capellanorum Ecclesie
majoris Paduæ.

- 130 Hæc est sepultura Presbyteri Jacobi Cantoris, &
Mansionarij majoris Ecclesie Paduanæ.

D.

Prope

Prope fenestram Custodis Ecclesie lapis fractus cum h's literis .

... SE ... LOCUM ... Do ... AMBONI ... OE ... T ...

Spectantur Sepultura XVI: corrosis literis, inter quas illa de Per-
numia prope scalam, & de Pafinis; Item .

Picini olim Carrabella, quorū familia desit in Julia uxore Gentili de Leone Com: de Sanguineti. Eorū ampliss. domus prope Pontē Molendinū habitantur hodie à Nob: Forzaduris. Domus etiā ad Pontē S: Joan: à Malfactis. Tom: Mon. Patav.

132: SEPULCRUM NOBILIMUM DE PIGINIS .

A Scala Orientali sunt XLII. Sepultura, è quibus legitur hæc una .

131: Sepultura Domine Pacis à Boeeta, & suorum .

133: S. D: HIERONYMI GALUCII MD. XII.

134: Hic jacet Antonius F. Joan: de Renaldino de Este, qui habitat Pad: in contrata Portæ Tadorum, qui obiit: An: Domini Mccc. xcix: Mens: Octubris ind. VII.

135: Sepulchrum Nobilium à Lignamine. Mccc. Lxxxviii.

In Arca marmorea sublimi loco posita, exterius ad parietem Baptisteriū Jacobi Dondi sepulchrum: cum hoc Epiraphlo .

Is adinvenit Horologii opificium admirandū, quod super turrim Palatii Præfetti cōspicitur, à quo nobili uxvento ipse primus antiquato priore cognomine, ab Horologio deinceps ipse est appellatus, et postmodū tota ejus Familia. Scardeon.

136: rietem Baptisteriū Jacobi Dondi sepulchrum: cum hoc Epiraphlo .

*Ortus eram Patavi Jacobus, terraque rependo
Quod dedit, & calidos cineres brevis occulit urna,
Utilis officio Patriæ; sat cognitus orbi .
Ars Medicina mihi, Cælumq; & sidera nosse,
Quò nunc corporeo resolutus carcere pergo?
Utraque nempe mei manet ars ornata libellis .
Quin procul excelsa momtus de vertice turris,
Tempus, & instabiles numero quod colligis horas,
Inventum cognosce meum; gratissime lector,
Et pacem mihi, vel veniam, tacitusque precare .*

Ad Orientalem portam in Arca marmorea .

J O A N N E S D O N D U S .

137: *Tumbica sic celsum conclussit petra Joannem,
Quem Dondis satum genuisti Clugia Lymphis,*

At:

*Est animum medio separarunt Numina Jano.
Hic recubans Patavi, supremaque sidera terris,
Caelicis hic septem confecit mystica stellis,
Præteriti Doctor renovans hic sanguinis umbram.
Philosophus, Rhetor, Medicus, mortalis in orbe
Terrenis opera liquit super æthera scandens.
M. CCC. LXXX. Die XXVII. Septemb.*

Extat ibidem sepulchr. GABRIELIS DONDI.

138 *Quem tegit iste lapis specioso sanguine catus
Ex Clugia natus, Veneta defunctus in Urbe,
Nunc requiescit humo de DONDIS GABRIEL ista.
Par patribus fuit, & Medicorum gloria virous.
Moribus hic nulli cessisset, Lector, honestis,
Italia populis venerandus dogmate multo..
Nomina magna tulit, meruitque sepultus amari,
Corpus saxa tenent, Cælum mens incolit alma.
M. CCC. LXXXIIX. Octob. XIX.*

139 In Arca marmorea in sublimi pariete posita ad vestibulum portæ meridionalis.

ZILII CASALIS.

M CCC. LVI. de Mense Novembr. XIIX.

*Eximius doctor legum virtutis amator,
Qui specie morum, insigni hac cultus honore
Conspicuus Patavi Civis, Patriæque, saluti,
Promptus amicus erat, constanti mente bonorum.
Hic de Casali Zilius cum pace quievit,
Membra solo, capiturque polo, quod fuderat illis.*

*Is una cū Fræ-
cise Carrariensi
Paduæ Dom-
no Venetias pro-
fectus est pro
componendis
Pacis legibus
inter Venetos
& Ludovicum
Ungariæ Regem,
qui Tarvisin
magno exerci-
tu acriter obsi-
debat. Anno
1383. Gattar.*

140 Ibidem Arca sub fornice Testudinato, in qua

CruX inter duo stemmata cornigeri capitis Cervini sine titulo.

Ab hac non longe akeræ, in qua CruX itidem inter duo stemmata exhibentia tres branchias unguibus armatas absque ulla inscriptione.

- 141 Domina D.
 Hic obiit Frangipani
 cui tempus edax rerum

*Vitalian. de Vi-
 talianis. Athio-
 lino suspectus
 in exiliu mit-
 titur, et ejus
 ades apud E-
 remitanos an-
 1236 funditus
 evertuntur.
 Roland.*

*Extra muros Basilica S. S. Sacramenti altius arca
 marmorea antiqua nimis.*

- 142 Sepulchrum Nob. Viri Domini Gaboardi de Vitalia-
 nis, & Gerardi ejus filii, ac filiorum dicti Gerardi, vi-
 delicet, Caroli, Vitaliani, Ant. Gaboardi Alex. Vita-
 liani, & D. Luciae Fratrum. M CD. II.

*Vitaliana plebs, quem genuit ipse
 Hoc opus repleti pradieto tempore fecit.*

In Arca tumuli literis pariter Longobardicis.

SEPULCHRUM. N. V. I. GABOARDI de Vitalianis.

*Nobis hanc
 Familia Con-
 stantinopolitri-
 mo. Venetas,
 inde Pataviu
 deductam esse
 voluit.*

- 143 In arca sublimi infra episcopium, & Templum.
 BARTHOL. S. SOPHIA JOAN. F.

*Quem dedit alta domus Sancta propago Sophia,
 Hic jacet insignis praclarus Bartholomeus.
 Heu quo lapsa ruit medicina fracta columna
 Tanti morte viri, quo fleat aether, & orbis.*

- 144 In sublimi Arca, ibidem.
 NICOLAUS S. SOPHIA.

*Qui pietate nites, virtuteque pradius omni,
 Et Medica magnus, Doctor in arte fuit.
 Hac tenet à Sancta Nicolai petra Sophia
 Corpus, mens adiit carne soluta polum,
 Tertia sine dies Maii cum volveret annum
 Post decies septem lustra ducenta Dei.*

- 145 Sub Arca in lapide rubeo quadrato.
 JOAN. S. SOPHIA.

*Artista eximius Medicina ritè monarcha,
 Atque salus Patavi grandis, & ampla jacet.
 Ecce pater studii, languentum cura Joannes*

Orning

Inscriptiones Urbis Patavinae.

*Ortum cui celebris Sancta SOPHIA dedit,
Virtutis speculum praeuglens, totus honestus
Norma pudicitiae; fidus amicus erat.
Expers nequitiae scelus usus, regula vita
Hic fuit, ac omnis splendida cella boni.
Quicquid Aristoteles, Hypocras tulit, & Galienus
Auserat, ac quicquid sacra medela carvet,
Praxis vera fuit, totique salutifer orbi,
Cujus fama nitens permeat omne solum.
Hac terram juxta voluit sepelirier urna,
Ut mitis natus, seque subesse Patri.
Terra suum cepit, cepit sibi debita Caelum,
Perfruitur toto mens, ubi sancta Deo.*

*Extat Bononiae in Aede D. Francisci elegans Epitaphium
Marsilii Sancta Sophia Nicolai Fil. ubi, dum Medi-*
146 *cam disciplinam publice doceret, defunctus est,*

*Vivat, ut aeternum vita jam munere functus
Hoc praestat virtus, qua facit una DEOS.
Sic inuenta Polo supera mens regnat in aula,
Undique per terras, inclita fama viget.
Qua mortalis erat, jacet hic pars condita magni.
Exuvias animi colligit urna brevis.
Quumque procul late resonet sua gloria, saxum
Accipit exiguis nomina magna notis,
Marsilius Patavus, cui dat gens alma Sophia
Bononia Medicus, dum docet, occubuit.*

*Eventi ei, ne
extra Patriam
moreretur,
quod Carrar.
Principi parum
Gratus haberetur,
quasi secutus partes
Galeatii Principis
Mediolanens. quum
Patavii imperaret.*

Supra Arcam Nicolai Sancta Sophia in novo marmore.
147

*Artis Apollineae quondam decora alma vetusta
Gentis, & Euganei gloria rara Coli:
Salvete indigetes anima, jamque addita Caelo
Sydera, & occiduas non subitura plagas,
Hoc pia posteritas vobis dat pignus amoris,
Aeternumque jubet nomina vestra legi.
PIIS AVORUM MANIBUS.*

Comes

Comes Hieronymus de Sancta Sophia olim in patrio Lyceo primus
Medicina Prof. Nunc in Parmensi Eminens, & Serenissim.
Farnesiorum Ducum Archiater. MDC. LXXXII.

x48 Ibi prope in quadrato lapide cum insignib. gentil.
Ut maneat sua fama . . . s, nomenque perennet
Quos stirps Clara Orbi Sancta Sophia tulit.
Diruta restituit, monumenta labentia fulsit
Hieronymi Comitum Cura, laborque pius.
Eminet hic medica dum Parmæ in sede Lycæi
Et summo Archiatri fulget honore Ducum.
Viginti hic venerare Viros, quibus una medendi
Æternum Ars potuit, conciliare decus.
Hos stupere olim Gymnasia plura docentes
Et rapiunt doctos Aurea scripta viros.
Hoc Cæsar titulis equitum, & comitum baud semel auxit,
Virtus, at superis miscuit ipsa Diis.
MDC. LXXIX.

Tegulam hæc
mibi dono mi-
sit Laurentius
Cromer Mā-
stonarius, vir
doctrinā, ac
religione, vi-
tæ integritate,
et confessioni-
bus audiendis
non sine popu-
li Christiani
utilitate, Urbi
Patavine his
nostris tempo-
ribus memo-
randus, olim-
que in Philo-
soph et Theo-
logicis meus
auditor.

In lateritia Tabella Anno 1695, inventa dum fundamenta
splendidi, ac Magnifici Sacelli S. S. Sacramenti
jacerentur hæc verba Romani literis non inci-
sis, sed extuberantibus signata.

149

C A R T O R I A N A.

Eruta sunt quoque duodecim vasa fictilia, & Ecclesiam versus
visum est iter stratum profunditatis pedum octo, atque ve-
stigia officina fabraria, & pavementum vermiculatum antiqui
Templi.

In fenestra Sacelli S. Crucis in parte exteriori monumenti fragmentū
de quo nullus commemoravit.

A. COELIUS C. F. DIIS MANIBUS
SIBIQUE IN PERPETUUM.

HORTUM

ARIANUM

TOT XV

Monumenti

Monumenti sepulchralis principiu, in quo dedicatio horti memoratur; nemo enim poterat hortum sibi, & **DIVS-MANIBUS** dedicare nisi sepulchrum in horto fecisset, quem simul cum eo conservalet; ut late, & erudite interpretatus est Joanes Baptista Ursatus, Antonii Mariæ Equitis F. Juvenis omni virtutū genere ornatissimus, & antiquitatis studiosissimus; quem cum in hoc, tum in cæteris studiis majores suos non solum imitatum, sed etiam superatum speramus.

In Claustro inferiori ad Orientem.

150 Hæc est Sepultura Ser Joannis de Frascatis, & suorum Hæredum.

151 Hæc est Sepultura Joannis de Sancto Ursio, & suorum Hæredum, qui obiit. 1391. die 14. Junii.

152 Hic jacet Mingatus Spilgati de Græcia, qui migravit ad Dominum 1359. Die 29. Junii.

153 Hæc est Sepultura Domini presbyteri Guidonis, & . . . i . . & Magistri Laurencii Lercarii Fratrum.

154 1378. de Mense Martii die ultimo. Hæc est Sepultura Joannis Gagiardis, & Michaelis, Fratrumq; & suorum Hæredum.

In eodem Claustro inferiori ad Austrum, buni.

155 Hæc Sepultura Dni Lauriet de Rarolis Zdam Dni Gregi Fornarii de Parma, in qua suorum defunctor. corpora requiescunt. Quor. animæ requiescant in Cælis.

BAPTISTERIUM Ecclesiæ Majoris, ubi sodalitas Laicorum S. JOANNIS BAPTISTÆ.

SACELLUM hoc an. MCC. LX. ceptum ad perfectionem reduxit: **EINA BUZZACCARENA** Patavæ Equitis Filia, & **FRANCISCI** de Catraria VII. **DUCIS PADUÆ** Uxor; illudque variis Iconibus à Justo Pictore exornari fecit, in cuius medio Mausoleum insigne magnificentissime extruxerat sex columnis nobilissimi marmoris, quarum bases erant, ut fertur, duo leones illi, & duo Gryphes ex albo marmore, qui gemini utrinq; videntur extrorsum majorem in vestibulo Eccl. Cathedralis, & duo Gryphes ex rubro marmore, qui extrorsum majorem insignis Templi Sanctæ Justine spectantur. His arca Ducis, & Fing. fulciebatur, in eaque solenniter apparatus repositum fuit Francisci cadaver, quod à Joanne Calcato Vicecomite

Viccomite, & primo Mediolani Duce (in cujus Carceribus Monax miserè obierat) Franciscus Junior ejus Filii magnis precibus redimendum curavit. *Bonif. hist. di Trevigi pag. 596.*

Ea autem omnia deinde à clericis remota, ibidem sacri fons lauari crectus est; Ossa verò Ducis, & Vxorìs humi intrà portam condita sunt Columnis aliò translatis. Tabula lapidea insignis magnitudinis collocata fuit (scribit Tomasinus sua ætate) in Ara Eccl. Cathedralis. Ad hunc locum anno 1491. traducta est Sodalitas S. Joannis Baptistæ, quæ multò jam antea anno videlicet 1357. fuerat instituta, & in Eccl. S. Joannis Baptistæ anno 1414. quæ in monte Vendæ collocata est fuerat in formam legitimæ Sodalitatis redacta. *Ex publicis monumentis hujus Fratral.*

Extra portam orientalem in vetusto lapide.

156. Hòc est sepulchrum Serafini Buato Capiteanio delafredo in Padoua fè fare Francesco Sò Cupaigo per M.CCCC.LXVI. adi IV. November.

157. *Ibidem.* S. Baptistæ Fratrea fecit. M. D. XI.

162. Ossa D. Presbyteri Pauli Salatæ Mansionarii Paduæ.

IN ÆDE S. S. MARCI, ET SEBASTIANI Sodalitati Laicorum dicata.

Cœpit Sodalitas ista Laicorum. an. 1490. Hac nostræ ætate Atrium superius, quod capitulū vocant, vetustate sua corruit. Hujus Fani ex adverso nonnullæ extant ædes Montis pietatis anno 1491. suadente B. Bernardino Feltrensi Seraphicæ Religionis Concionatore eximio, & favore Petri Barocii Veneti Episc. Pat. in subsidium pauperum contra perfidas Judæorum usuras erecti. Ædes autem conditæ sunt ann. 1530. & 1618. Quæstorum diuersoria, quæ hic erant, sumptuoso ædificio aliò translata.

Sepulchrum oblitteratum, cujus in calce hæc leguntur.

Obiit anno à nativitate Domni M. D. LXIII.

In basi columna in medio sacelli, quæ tabulatum sustinet.

Antonius Caputlista juris Cons. Patav. An. Æt. 53.

IN ÆDE

IN ÆDE S. DANIELIS.
Prope Episcopatum sodalitiis secularibus dicata.

165 In superliminari interiore M. D. XXVIII.

In medio-facelli sepulcrum Fratrum dictæ Sodalitatis sine inscript.
M. D. XXIII.

IN SAC. ÆDE D. ANNÆ.
Sacrarum Virginum Ordinis S. Benedicti.

Cum Templum hoc sua antiquitate ruinam minaretur, restauratum est penè à fundamentis annò 1303. ab Antonio Compagnino, de quo Annales S. Augustini P. P. Ordinis Prædicatorum, ubi ejus anniversarium die xi. Junii celebratur, hæc perhibent. *Compagninus Vir nobilissimus testamento decrevit, ut de suis bonis sexaginta milliarum laterum, & laxi vivi, quantum veberent quatuor naves, ceteraque omnia edificando huic templo necessaria emerentur.* Hujus liberalitatis extat hoc nobile monumentum ad dextram majoris Aræ.

ANNO DOMINI. M. CCC. III.
DOMINUS COMPAGNINUS MIGRAVIT AD DOMINUM,
ET ECCLESIA ISTA FABRICATA EST PRO
ANIMÀ SUA, ET PETRI FILII SUI, ET EMÆ UX. SUÆ.

Monasterium hoc S. Annæ nunc Ordinis S. Benedicti, jam pridem habitavisse Moniales Ordinis S. Dominici refert Valerius Muscheta Dominicanus in suo opere historico nondum vulgato, in vita Fr. Antonii Dominicani ex Nobilissima Familia de Malicijs, seu Stenascrubit enim sub Anno 1294. quod Antonia illustris foemina ex hac familia testamento jussit, ut hæredes sui quotannis modios tritici decem Monasterio S. Augustini perpetuo solverent; ejus autem hereditas venerat ad Vestales Sanctæ Annæ, tunc sub Beati Dominici instituto Deo famulantes. Hæc Valerius Muscheta. Id comprobare videtur quodam Civitatis Decretum à Petro Saviolo relatum in præfatione sui operis de Thesaurò Urbis Patavinae sub his terminis. *Anno 1453. Statutum est, ut intercederetur commissio Reverendissimi Patris Generalis Ordinis Prædicatorum, ut reformaretur Monasterium Monialium Sanctæ Annæ.* Huic Monasterio unitum est illud S. Mariæ de Saponaria. Hodie ferme dirutum. Vide Inscript. Agri Pat. fol. 342.

E

Ultra

Familia Stenascrubit

Ultra templi medium in pariete supra, auratum marmor.

- 22 Eminentiss. Gregorius S. R. E. Card. Barbadicus Epif. Pat. Pontificalibus indutus; & assistentibus sibi Reverendissimis D. D. Hieronymo Leonè Patritio Veneto Abbate Sancti Jo. in Viridario; & Georgio Sala Abbate Sanctæ Justinæ de Padua; Illustrissimum; ac Reverendissimum Jacobum Stafford: Hybernum Monachum Cisterciensem Abbatem Abbatiae Tinternensis ex Primaria Staffendorum Prosapia; & Parentum ob fidei Catholicæ Confessionem in Hybernia sub Cromuelio Sanguinis effusione præclarum Sanctam professionem agentem; benedixit; Mitraque; ac Baculo Pastoralis decoravit. Præstolantibus Sanctam functionem in hac Ecclesiâ Sanctæ Annæ R. R. D. D. Monialibus Margaritha Taurilia Abbatissa, Zabarella de Zabarellis Priorissa, & Archangela de Comitibus Sacristiæ præfecta. Sertorio Ursato Equite Protectore. Tertio idus Januar. An. Domini M. CD. LXV.

M. DC. LXV.

Super Ostium Sacrarii sub marmoreo vultu.

- 33 *Fortuna victus varia non multa peregi,
Quod liqui statum; posteritatis erit.*

Humi verò in quadrato lapide.

- 4 Hic jacent ossa FRANCISCI URSATI.
Ora pro Anima.

- 5 D. O. M. Et Divæ Annæ Sacrum; suo Ære dicavit Benasciuta Cortusia N. P. Ursati Equitis uxor. Ursato Ursato Equite curante.

Supra ostium consecratio Ecclesiæ.

Gerardus
Basiliagus E-
piscopus Ar-
goli con. con-
secravit hanc
S. Edem.

- 5 Ad honorem DEI, & Sanctæ ANNE Christi aviæ consecrata fuit hæc Edes cum Alt. Majore à Reverend. Episcopo Argolien. pro-Præsule Pat. Jacobo Rora, existente Abb. Reverenda Sor. Veronica de Padua, procurante.

ante Sor. Innocentia Cretica Sacrista . Anno Salutis
M. D. XLIX. Die XVI. Jun.

Supra ostium parvum instaurationis memoria.

D. O. M. A.

6 Præfule Marco Antonio Cornelio , Antistita Lucretia
Bollani Ursatus Ursatus Eques hujus Cœnobii protec-
tor ex piis largitionibus ædem hanc in meliorem faciem
restituit . Anno Christi M. DC. XXXVI.

7 Ossa Ubertini Papafava Ecclesiæ Patavinæ Decani .
Vixit annos xxxi i . Obiit Salutis M. DC. VIII.

8 Hic jacet Domina FRANCISCA de PIIS relicta q.
Domini Nicolai de Comitibus .

*Famil. Nib.
Piorum hic
desit in dua-
bus sœminis,
quarum al-
tera Fregosis,
altera Capi-
vaceis ma-
trimonia jun-
cta sunt.
Tomal.*

9 SERTORIO URSATO Primariæ nobilitatis Equiti
Patavino Marito incomparabili, qui vixit annos LVIII.
Obiit Anno M. DC. XVII.
BENENATA CORTUSIA Uxor inœstissima hæres
scripta: posuit, & sibi

10 ELISABETHÆ BUZACARENÆ , cum qua an.
xxviii. conjunctissimè vixit

11 URSATUS URSATUS Eques & sibi, cæteris omni-
bus exclusis posuit, ut ne mors quidem, vel mortalium
ullus eorum corpora mortua divelleret, quos vivos
unus, & idem spiritus rexit foedere concordii. An. 1629.

12 AUGUSTINO BRUGNARÆ Patavino Antonii Fil:
Philosopho celeberrimo, Judici optimo, Gymnasii Pa-
tavini Lectori Publ. sat plane frugi ob ejusque civilem
elegantiam, & ingenium probitate omnibus optatis.
ac jucundissimo.

Franciscus Brugnara Pat. Ecclesiæ Custos fraternæ pietatis
imitator. C. C. Vixit An. xxc. Mens. x. D. xlii. Obiit

E. 12 D.

D. XXIIX. Apr. Anno Salutis M. DCIV.

Supra Aram S.S. Benedicti, Francisci, &c.

- 13 Ad sacrum quotidie peragendum, dispositione, & are SEBASTIANI de RICCIIS Patavini perpetuò dotatum, & erectum.

Prope Sacrarii Januam.

- 14 JOAN. BAPTISTÆ DE GRÆCIS Clerico Patavino beneficiato Nepoti suavissimo.

P. Pax Bertossius patruus mœstissimus, & senex insolabilis urnulam cinerum, & lacrymarum P. C. Vixit An. VI. M. III. D. v. Obiit An. 1619. M. Oct. D. V.

- 15 *In mensa lapidea Ara S. Joachini.*
 S. Tro. Zambon Straca
 i Fiolo di Giberto
 De Caseta de Tose.

- 16 FRANCISCUS BRUGNARA Patav. Augustino fratri Doctore de se optimè merito, sibi, & posteris F. F. M. DC. IV. Anno Salutis humanæ sexto Calen. Septem.

- 17 Sepulchrum istud Ghirardus Zannadius filiis defunctis sibi, suisque posteris faciendum curavit. Anno Dom. M. DC. XXVI. Die Jovis XXI. Men. Decembris.

- 18 Gaspar Britti Melchioris F. N. R. sibi, & Uxori viventibus penes ossa Petri Antonii Britti patruï præparavit. Anno Salutis M. DC. VIII.

- 19 MAGDALENÆ LAZARÆ Uxori dulciss. & sibi Jacobus Marostica Jurisconsultus impatientissimè dolens P. H. M. H. N. S. An. Sal. hum. M. D. XLIX.

- 20 Sorori Ang. de Doctis q. Clariss. Anton. Eq. Monasterium hoc hæres institutum, ut ex parte singulis diebus
 Missæ

Missæ apud aram B. Virginis celebrentur, mausoleum
dicavit. Obiit autem ultimo Junii M. DC. XII.

21 F. Dionysio Bollano Ordinis Prædicatorum Theologo
insigni, viroque optimo, ideoque à Sisto V. ad Agiensem
Episcopatum evedto Cæcilia Soror moestiss. P. C. Obiit
Patavii XI v. Kal. Jun. M. DC. XIII.

22 Imperatrici Malfatæ Aloysii Ungarelli conjugii, quæ
mon. huic Lodovicæ sororis intuitu pro Miss. Duc. XII.
annuo legavit Ant. Q. eorū filio. Die obiit. 23. Sept. 1511.
M. A. Campolongo commissario ex illius testamento. F. C.

23 Universæ AGUGEORUM Familiæ Julii, Hierony-
mique Frarres. postremum diem quietis locus 1585.

*Agugea Fa-
milia extincta
est in Joanne
Pauo 1643.
Ejus domus
erat in vico
Vinalium.
Tomaf. Mo-
num. Patav.*

24 Hic jacet puella Virg. Nuncupata L. anno
. Filiaq; Mi. . me. . si tribus
. Suosque dies anno Domini M. CCCC. LXXXVIII.
. Octobris quartaque die.

25 Hic jacet Dominus
Rid. Schaeh.
. chia XV. Febr.
M. CCCC. III.

26 Leynoræ Vergini Pud. filie Carifs. Philippus
Urri Ciprius. Patria sibi, suisq; M. P.
M. CCC. LXXXV III. II. Non. Junii.

*Ædes Urri no-
bis Cyprii ja-
fuerunt Comi-
tus Bonifacii,
bodie Caprua-
ceorn, in Viro
S. Prosdocimi.
Tomaf. M.
Patavina.*

A L O Y S I O B E N E T E L L O
27 Patavino summæ spei adolescenti morum probitate
ingenii celeritate nulli posthabendo, pictoriquæ supra
ætatem egregio, cujus opera, nisi acerba, atque immatu-
ra opera intercessisset, cunctis aliis celebrioribus dubio
procul æquiparanda forent, febre autumnali ferven-
tiss. oppressus interiit. Die Mercurii XXXII. Martii
M. D. LV.

M. D. L. V. æta. suæ XXI. Joan. Baptista Rota Patav. amico
incomparabili Anno M. D. LX.

In turri Sacra.

28 Turrim hanc Sacram humilem prius, & depressam ere-
xerunt, Campanis instruxerunt, & ad fastigium per-
duxerunt Justina Bradiola Abbatissa, & Veronica Leo-
nia Priorissa Anno Dom. M. DC. VII. Marci Corne-
lii optimi Præfulis xxxi. curante, & probante Ursato
Ursato Protectore.

AUCTOR PIGNORIUS.

I N Æ D I C U L A S. R O S Æ.

Monialium Tertii Ordinis Sancti Dominici,
Collegialiter viventium.

Hunc locum anno 1666. habitatum devenere; Patribus Magistro
Georgio Boyio Feltrensi, & Hieronymo Bertelli Patavino Lectore,
Viris Doctrina, Pietate, & Religiosæ observantiæ zelo præclaris, cu-
rantibus; Harum Ædes juxta Portam Sarafinichæ pridem extabant.

Super Ostium Sacrarum in albo marmore.

I Petro Antonio Abbati Bertellio J. U. & Sac. Theolog.
Doct. qui pio in Fratrem suum Hieronymum Ord. Præd.
Lectorem affectu CCCCC. Ducatos legavit, ut ex eo-
rum censu singulis diebus festis in hac ædicula Sacri-
ficium Missæ celebretur. Obiit Tarvisii Canonicus,
& Vicarius Generalis BARTHOLOMÆI Gradonici E-
piscopi Tarvisini anno Domini M. DC. Lxxviii. xxvi.
Januar. Frater Jacobus Salomonius Magister Utrique
amicissimus P. C. hoc anno M. DC. Lxxx. Priore Con-
ventus S. Augustini Patre Bacal. Jordano Jordani Pat.
Publico Professore.

*Facer Abbas Bertellius Tarvisii in Ecclesia Monialium S. Parisii
sub Marmorea Tabula, cum hoc Epitaphio.*

2 Suo cineri requiem in hoc templo expetivit moriens
Petrus

Petrus Antonius Bertelius de Plebe Sacci Abbas Canonicus Tarvisinus. Haud minus pietate, doctrina, integritate, quam trium Pontificum Belunensis, Feltrensis, Tarvisini, Vicario munere conspicuus. Dominica Soror Fratri dilectissimo de se optimè merito monumentum P. Vixit Ann. XLVI. Mens. XI. Obiit sexto Kalend. Februarii Anno Domini. M. DC. LXXVIII.

S. AUGUSTINI.

P. P. Ord. Prædicat.

Augustissimum Templum hoc miræ altitudinis, & latitudinis super duodecim elegantissimis columnis, ex vivo silice erectis constructum est: Locum dedere GERARDUS ROGERIUS, & JOANNES DE VADO Nobilissimi, ac piissimi Cives Patavini anno M. CC. XXVI. Structuram Templi indulgit Episcopus hoc monumento.

1^a Jordanus Mutinensis Dei gratia Episcopus Paduanus ad instantiam, & postulacionem Fratris Guidonis Prioris Fratrum Prædicatorum Paduæ, & Fratris Martini Prioris Fr. Præd. Veneris commorantium dedit eis primum lapidem benedictum pro constituenda, & ædificanda Ecclesia Paduæ ad honorem Dei, & B. Augustini anno Domini M. CC. XXVI. Indict. XIV. die V. Octobr. Notario Turpino q. Gnati Filio.

Accepto primo lapide, jactisque fundamentis urgente Acciolini tyrannide ab incepto desistitur usque ad annum M. CC. LIX. Quò extincto tyranno intermissa fabrica P. P. diligentia, piorum largitate, at ære potissimum Reip. Paduan. ressumitur, & tandem completur.

2^a Marmorea tabula cum quatuor insignibus Civitatis extra in fronte Templi ad Aquilonem.

in muro affixa his incisus versibus:

Annis sexcentis bis, cor teneas sapientis.

Lustris transactis ter, denuo quinque quod ætis

Sumptus Urbani Cives dando Paduani.

Hæc incipere Templum componere vere

Sextili

Horum magnæ, et spatiose domus erat, ubi Acciolinus

(qui eas funditus demoliri jussit) castrum adificavit. Ubertus, seu Albertus de Vado Filius Unguionis (qui jussu tyranni in castro Cornuda Tarvisini districtus in tetro carcere clausus fame perierat) quod Felicis Magistri Alemanorum amicus

haberet, ob solam suspicionem à tyranno captus per urbem tractus horribili spectaculo discerpitus est. ann. M. CC. LIII.

Rugerus alius, & Ugo, ex hac eadem nobilissima gente in carcerem detrusi,

Sextili mense; laudes ergo sibi densa.

ANNO DOMINI M. CC. LXXV.) lege M. CC. XCVI.

quo anno de eroganda pecunia; & affigendo lapide à Civibus decretum est. Ex Statuto Pad.) Indiēt. III. de Mense August. Hoc opus incepit fieri per commune Padue ad honorem Domini Nostri Jesu Christi, Beatæ Mariæ Martris ejusdem, & Beatorum Confessorum Augustini, Dominici, Joannis Baptistæ, Joannis Evangelistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Stephani, & Petri Martyris, & aliorum, quorum Altaria sunt hic.

ibi miserime perire, ea de causa, ut fugâ Gulielmi Capri Saperii eorum Nepotis, quem Acciolinus in suâ potestatem redigere frustra tentaverat, ulcisceretur. V. Rol. lib. 5. 7. Muschetta in vita B. Jo. Vicent. Ord. Prædicat.

Consecratio Templi olim in sacello S. Nicolai, inde sub Organo, hodie supra januam interiorem ad Claustrum.

3. BEATUS PAPA BENEDICTUS XI. ORD. PRÆDICAT. NATIONE TARVISINUS; HIC EX MAGISTERIO ASSUMPTUS IN CARDINALEM HOSTIENSEM, TUNC HANC ECCLESIAM BEATI AUGUSTINI CUM MULTIS COEPISCOPIS CONSECRAVIT DOMINICA ANTE ASCENSIONEM DOMINI. ANNO M. CCC. III.

Consecrationi interfuerunt Paganus à

Turre Mediolanensis Episc. Pat. Leonardus Patriarch. Constantinopol. Egidius Patriarch. Grædens. Anton. Archiep. Duracensis; Franciscus Arpo Tarvis. Episc. Ceneſis Ord. Præd. Joann. Antist. Capriolanus, Gulielmus Presul. Esulan. Albertus Episc. Vallonesis, Gratianus Episc. Salviensis.

Tarvisi ad D. Nicolai superius ad aquilonem magni Templi ostium cum gentilitiis insignibus hæc leguntur; ex marmore.

4. Divi Nicolai Templum à D. D. Benedicto T. Ordinis Prædicatorum Papa XI. constructum.

In eodem Templo ad fornicem magni Campanilis, sub Antiqua effigie tanti Pontificis.

5. Fratri NICOLAO Boccasino Tarv. Ord. Prædic. & Sacræ Theolog. Magist. Hic in Cardinalem Hostiensem assumptus, ex Pannonica legat. rediens Civit. Moder. pro construendo hoc augustissimo Templo xxv. millia aureor. Florenor. benigna erogavit manu. Non multo post in locum BONIF. VIII. PONT. uno omnium P.P. consensu susceptus, anno M. CCC. I. LI. xv. Kalend. Oct. Summus Pontif. creatur, & BENEDICTUS XI. nuncupatur.

In hujus perpetuum assumptionis Monim. Tarv. Cives nundinas, quæ ad D. S. Michaelis celebrari consueverant;

verant ad D. S. Lucæ censuerunt indicendas: ipse verò Cruce, ac tabulis argenteis, plenarioque jubilæo cunctis completoria tribus diebus dominic. Resurrectionis in hoc Templo audientibus perpetuò Patriam munificentissim. donavit. Obiit Perusii. M. CCC. IV. Idib. Jul.

Pontific. sui Mensē Nono.

MULTIS CLARUIT MIRACULIS.

Extra in superliminari majoris januæ Templi ad septentrionem (quam Mag. Barthol. ex nobiliss. Capilistiorum Fam. an.

1331. sui verò Regiminis u. mirificè auxit, & marmoreis lapidibus ornavit) magnis literis, quas Mag. Hieronym. Herculanus

sculpi jusfit.

6 IN VIA FIDELIS SOCIUS: IN DOMO HONESTUS AMICUS: IN TEMPLO CHRISTIANUS ESTO.

Humi verò in ipso Ecclesiæ vestibulo in quadrato lapide.

7 M. D C. L X X X V I.

In ipso Templo in majori Basilica, quam Carrariensium vocant, eo quod ab his multo ære ornata, & ara extructa est. Spectantur ab utraque parte eorundem Principum Carrariensium sepulchra sculpturæ insignis: & quidem à parte dextra ipsius Basilicæ cum marmorea Imagine sepulchro adfita è sublimi tumulo Angelorum statuis insigni ornatu circumdata, in quo munificentissimè repositus jacet UBERTINUS Dux ILL. cum hoc Epiraphio plumbeis caracteribus inscripto.

8 Solve genis lacrymas, tumulum qui conspicis istum,

Flenſque, suus, dicas, spiritus astra colit;

Nam fuit hic Patria DUX, pax, jus, spesque, salusq;

Hofibus hostis atrox, fidus amicus erat.

Quem generosa domus, plaustro signata rubenti,

Edidit insignem strenuicate virum.

Hoc enim anno ad arcendas aquarum impetus non tam cœnobii, quam Ecclesia ipsa ingressumque populi impediens equatum est Cœmeterii area ante Ecclesiam alius munita, utaq; scilicet strata sunt, diligentia Mag. Jacobi Salomonii Prioris.

In hac Basilica an. 1616. ab Ecclesia translatus est Cœnobius quæ anno. sive 1457-1547. Andr. Brazadensis

F

UBETINE

*Patr. Ven. O
Marieta Dan-
dolo ejus Uxor
ex ascribis
nuceis fieri jus-
serunt. Lege-
batur supra:
Porta antiqui
Chori. THE
APETHS
I POTIMO
TEPONOT
DEN. Hoc est
VIRIUTE
NIL PRÆ-
STANT-
TIUS.*

42:

Jacobi Salomonii.

UBERTINE vis Patavis spes quanta, salusque
Decidit heu, cum te merfit acerba dies?
An. Dom. M. CCG. XLV. Die Martii.

E regione hujus est simile Mausoleum cum marmoreo simu-
lacro Principis dormientis imaginem exhibens, ubi Ja-
cobi Minoris Ducis V. cineres cum hoc Elogio, quod
multis cum lacrymis Franciscus Petrarca Canon. Pat.
inscribendum curavit.

*Hæu, magno domus arcta Viro, sub marmore parvo,
Hæu pater, hic Patria, spesque, salusque jacent.
Quisquis ad hoc saxum convertis lumina lector
Publica damna legens, junge preces lacrymis.
Illum flere nefas, sua quem super arbora virtus
Sustulit, humano si qua fides merito.
Flere gravem Patria casum, fractamque bonorum
spem licet, & subitis ingemuisse malis,
Quem populo, patribus DUCEM CARARRIA nuper:
Abna dedit, Patavo mors inimica tulit.
Nullus amicitias coluit dulcedine tanta,
Cum foret horrendus hostibus ille suis.
Optimus inque bonis, semper studiosus amandis
Nescius invidia, conspicuusque fide.
Ergo memora JACOBI speciosum credula nomen
Nominibus raris inferre posteritas.
*An. Domin. M. CCC. L. Die XIX. Decembris.**

Hæmi in sine Chori in parvo marmore:

10 Alexander Papafava Q. Leonello, & Jacobus ejus Ne-
pos ex fratre Q. Bartholomæo Nob. Patavini JACOBI
PAPAFAVA Equitis Hierosolymitani pie voluntati ob-
sequentes pavementum hoc antea lateritium, marmo-
reum construendum curavit. *An. M. DC. LXXXVII.*

In vetusto tumulo cum effigie Episcopi dormientis.

111 Hic jacet Venerab. in Christo P. D. ALTEGRADUS
CATA--

CATANEUS de Lendenaria, & doctor decretorum,
& Episcopus Vicentinus, qui feliciter de hoc mundo mi-
gravit prima die Octobris. M. CCC. xiv. Indict. xii.
cujus anima requiescit in pace. Amen.

*De hac familia fragmentum saxi ad fenestras superioris
contignationis, ubi Dormitorium.*

12 Hic jacet Dominus Philippus de Cataneis Lendinarie.

Post Aram maximam in Lydio lapide literis auratis calato, Mag.

Hieronymi Herculani Pat. viri clariss. inscriptio.

13 ADSIS QUICUMQ; HÆC SACRA LIMINA TERIS.
NON SINE BESELËEL, ET OLIAB ARCA DOMINI;
SACRATISS. HOC AUGUSTALE
TABERNACULUM SPLENDIDISSIMUM,
UBI OMNIPOTENS HABITAT CUM HOMINIBUS,
PIETAS PATRUM FUNDAVIT,
CHARITAS FIDELIUM AUXIT,
CUNCTIS AVTEM COMPLEMENTUM DEDIT DEUS!
D I S C E,
QUOD PIETATE RES PARVÆ CRESCUNT,
IMPIETATE MAXIMÆ DILABUNTUR;
NIL SINE NUMINE DIVUM.
HOC TE VOLUI;
NUMEN PRONIS ADORA, ET ABI
P. P. DIE XX. MARTII ANNO CHRISTI ÆREÆ
M. DD. LXII.

In hujus summitate tabernaculi ad pedes Statuae Redemptoris

14 Ex lignea in marmoream reddita ope Mag. Jacobi
Salomonii die xxxi. Junii M. DC. Lxxxvi.

*Statuam extra Chorum ad dextram Ara ad pedes elegantis, &
mira pulchritudinis Statuae D. Antonii.*

15 Gabriel Brunelli Bolognese fece M. DC. LXVII.

In Basi autem literis aureis.

16 DIVO ANTONIO REIPUB. TUTELARI; DOMINICO
CONTARENO PRINCIPE; MARCO RYZINO PRÆ-
TORE; PETRO DELPHINO PRÆFECTO M. DC. LXVII

F 2

Ad Levam

Ad Lavam in basi marmoreæ Statuæ D. Laurentii.

- 17 BEATO LAURENTIO JUSTINIANO REIPUBLICÆ TUTE-
LARI; DOMINICO CONTARENO PRINCIPE
SENATUS CONSULTO: MICHAËLE MAUROCENO
PRÆTORE. HIERONYMO JUSTINIANO URBIS PRÆ-
FECTO M. DC. LXII. HIERONYMO SUPERANTIO
PRÆTORE; SIMEONE CONTARENO, ET ANTO-
NIO GRIMANO, URBIS PRÆFECTIS M. DC. LXIV.

*In hoc sepul-
ebro, in quo
jacet Mag. Jos.
Bapt. Ligna-
mineus, cu-
piebat sepe-
ri Fr. Deside-
rius ejus Ne-
pos, ut ipse
scribit, cum
hoc Epitaphio
à capite se-
pulchri in sa-
xo albo ita in-
scribendo.*

- Ad pedes graduum Aræ humi: sepultura faxi rubei, in qua
Fratres tumulantur cum effigie Magistri Ardizzoni.

- 18 *Pizzigotorum proles, praco inclitus almi
Dominici, splendor Patavum, atque Vicarius idem
Ordinis, hac docta jacet ARDIZZONUS in ead.
Religionis erat virtutum, & regula morum,
Hæcque suo jacuit geminis Provincia Iustis,
Tota sub Imperio bisseis Mensibus atque.
An. Dom. Mccccxx. Die III. Mens. Augusti.*

FR. DESI-
DER. LIG-
NAMIN.
PAT. qui
historiâ hujus
templi, et Cę-
nobii conscri-
psit, hoc pro-
ximo tumulto
conquiescit.
M. D. LXX.

- 19 Monumentum hoc Francisca Ruberta carissimo Filio
Cæsari ex Petro Comite Fregosio primis nuptiis suscepto;
Annibali Comiti Zacchio alteri conjugii, & sibi ipsi po-
suit. Anno 1676.

- 20 Ioannis Antonii Carraræ, & hæredum.

Inibi in proximo in rubro marmore.

- 21 Laurentius Pimbiolus sibi, & Posteris. An. Dom. 1671.

*Simeon ex
hac nob. fami-
lia, alias En-
gelfredus (cu-
us Patre Ac-
ciolini arario
Præsuit) Bo-
noniæ legum
celeber. inter-
pres; ob ejus
singulâ doc-
trinam, &
eximiam com-
mitatem bis
Prætor eligi-*

- In Sacello olim Apostolorum; hodiè Divæ Rosæ, ubi primò Albanel-
lus de Apono Petri Aponi Celeberrimi medici consanguineus Aram
construxit; anno 1321 ornavitque postea Donatus ex vico Bubulentæ;
utriusque autem hæredibus extinctis facellum obtinuit ann. Mcccc.ii.
Nobilis Miles, Joannes Parisinus de mediis Comitibus; cujus quoque
hæredes cum defuissent, illud P. P. cefferunt Georgio à Turre primæ
Sedis Medicinæ moderatori celeberrimo, qui in hæc, quam conspicias,
splendidam faciem non exiguo ære redegit.

- 22 Jacet in sacelli medio cū imagine armati militis Joan. Pa-
risinus de nostro Cęnobio benemeritus cum hoc epitaphio.

- 23 *Armiger illecebras mundi transgressus inanes
De medio jacet hic Parisinus Conte Joannes.
Annis mille duobus quadrigentis insita membris
Tum fuerat Deitas terna luce Decembris.*

Olim post aram sub monachi imagine.

- 24 *Moribus ornatum, praclarum nobilitate
Sensu dotatum legum mentis probitate
Hic opertum nosce Robertum de Gesualdo,
Ergo Deum, qui eum salvet, postcas rogitando.*

A parte dextra paulo altius à terra in pulchro marmore.

- 25 *Sacellum vetustatis situ obrutum à P.P. hujus Cœnobii,
liberalitate concessū, Georgius à Turre absterfo squallore
instauravit, pictura, & marmore totum excoluit, & il-
lustravit. Anno M.DC.LXXV.*

E regione hujus in alio marmore.

- 26 *Supremis mortalitatis exuviis Georgii à Turre, & Isa-
bellæ Bonifaciæ Uxoris dulcissimæ, & incomparabilis
adhuc viventium ad novissimæ usque tubæ sonitum pa-
ratus quietis locus. An. reparatæ salutis humanæ 1675.*

In proximo Sacello S.S. STEPHANI, & LAURENTII, quod Nobiliss. Buzzacarenorum domus de nostro Monasterio semper benemerita extruxit, suadente Pan taleone Buzzacareno militari disciplina, & rerum gestarum gloria insigni, cujus & ope à Gratiadeo Episc. Salvinensi annuente Pagano à Turre Episc. Patav. solemniter consecratum est anno Mccc.ii. Cœnobii moderatore Fr. Vivaldino de Mantua. Extant huius monumenta marmorea duo ex utroque altaris latere cum solo stemmate Aquilæ albæ corona insignitæ, habentisque alas expansas in rubra area. Eam Ludovicus Rex Ungariæ Arcuano Buzzacareno Praefecto totius exercitus Francisci Carrariensis Senioris vii. Paduæ Ducis donavit, cum eum Equitem renunciavit.

Fuit PAN-
T A L E O
Prator Bellu-
ni an. 1269.
Ejus picta
imago in mu-
ro post aram
conspicitur.
Vide Pilon
Historia di
Belluno.

In ipso Sacelli limine rubrum marmor lit. Gotb. signatum.

- 27 *Hæc est Sep. Nobil. Dominæ BUZZACHARINÆ,
de BUZZACHARINIS Uxoris q. Nobil. Milit. Domi-
ni Gerardi de Nigris, & Nobil. Dominæ Honestæ eorum,
quæ obiit M. ccc. Lxxi. Die xxvi. Octob.*

Ibidem

Ibidem alius in pariete in quadrato lapide.

- 28 BERNARDO BUZZACHARINO adolescenti, humanioribus literis, liberaliumque artium studiis, ingenio admirabili; Prudentia, temperantia, cæterisque animi dotibus, admodum prædito, ac nulli suæ ætatis secundo, amica manu miserabiliter interempto, Ludovicus de Gagliardis, hoc amoris, & veræ amicitiae testimonium posuit. Obiit An. Dom. M. D. XLI. Die VII. Martii natus annos XXVI II. Mense X. Dies XXIV.

Hunc Decanus Eccl. Patavinæ inscius interfecit, & Georgius Fabricius, tumulo adscripsit hæc carmina ex Schradero desumpta.

*Dulce quod est aliis, & carum nomen amici,
Hoc mihi tristæ causa necisque fuit.
Nam qui crudeli miserum latus ense peregit,
Incertos casus aspice, amicus erat.
Me dare punc luctus socio, sociumque fuisse
Auctorem mortis, magnus uterque dolus.*

- 29 ALEXANDRO BUZZACARINO Pathari Jurisconsult. fil. Joannes Buzzacharinus Frater Pon. Cur. Vixit Ann. LXIII. Mens. VI. Dies XII. Obiit Pridie Idus Septemb. M. D. LVIII.

*Salon alier,
& Fulcus ex
bac familia
magnam pala-
tium adifi-
caverant in
vico S. Urban-
ni, quod ever-
sum iterum
instauravit
c. m. s. Sa-
lonem alium
favore Carr-
riensium ele-
ctum fuisse
Episc. Patav.*

Statua extra sacellum sub Icone marmorea prope sacrarium.

- 30 SALIONI BUZZACARENO Brunori filio Loricatorum Equitum ductori, præter antiquis. & nobiliss. stemmatis decora propriis virtutibus in adolescentia à clarissimorum Imperatorum certam æmulationem insigni, post laudatissimam operam navatam Seren. Reipub. Venetæ patriæ decorato; sub Alpino tumultu, & bello Liburnico, vigiliis repetitis, & laboribus nunquam detrectatis immaturè confecto. Civitas Patavina omnium ordinum consensu civi forti posuit. Anno Domini M. DC. XXVIII. Mense Februarii,

In sacelli

In sacelli medio tumulus cum insignibus .

- 31 Sepulchrum hoc de BUZZACARINIS vetustate col-
lapsum instauratum fuit à Pataro Buzzacareno Equite
Joan: Andrea Sperono ob mortem Aliducii Buzzacareni .
Ann. Dòm: M: DC: XX: Mense Novembris .

In eodem Sacello ponenda .

- 32 BRUNORO BUZZACARENO ob Armorum di-
sciplinā Parmæ fortiter susceptā . Romam Urbano VII R .
grandi virorum æstimatore ad equitum alæ regimen ac-
cito , Cretæ peditum Tribuno , Venetos inter rei mili-
tariæ Præfectos , quæsitis . honoribus , ac præmiis Senatus
consulto cooptrato , ante navigationis , & gloriæ metas
portu immortalitatis excepto . Ætat. ann. xxxiii . An-
tonius Comes , & Eques Fil. M. P. an. Dom. 1693 .

*Exstat Perusii in Eccl. Fratrum Minorum alterius Salionis
Buzzaccar. epitaphium in ornato marmore sculptum ,
quod ab amico accepimus .*

- 33 Salioni Buzzaccareno Patr. Patav. ad defensionem
Apostolicæ Sedis , qui exul à patria militavit in exerci-
tu Urbani VIII. Pont. Max. Turmæ Loricatorum ductori ,
ætate ; juveni animis eximio ; armis invicto , sanguinis nobi-
litate conspicuo ; majorum apud Principes gratiæ , &
virtutum heredi in Agri Perusini castris ex belli ærumnis
extincto . Brunorus Buzzaccarenius Frater , idemque
Tribunus cum lacrymis posuit . Ob. viii. Jan. An. Sal.
M. DC. XLIV. Æt. suæ XXV .

*Vincislai quoque hac ex familia hoc Epitaphium , quod Parma
visitur , refert Scard .*

- 34 Vincislao Buzzaccareno Patavino Guid. F. nobilita-
tate generis , & armorum præstantia illustri , gravibus ,
& assiduis militiæ laboribus extincto Octavius Farn. sius
Parmæ Princeps ob eximiam ejus in armis virtutem , fi-
dei que constantiam hoc monumentum P. Idem Pataro
ejus .

*Aloysius ex
hac gente ma-
ximus Vene-
torum Tribunus
in Dalmatiâ
missus ibeni-
cum quod tunc
Regi Ungaria
parebat , in ce-
pit , & Veneto .*

Senatus subiecit ann. 1419. mox a 1. versus eundem Regem in Foro Julii. Dux copiarum factus gloriose ac gessit. Scar.

48

Inscriptiones Urbis Patavinae.

ejus Fratri bene merenti, domi, militię vitę mortisque socio infra triduum facturus, nisi ille in patriam reversus Agneti Capilistię infelicissimę matri hoc officium attulisset. Vixit annis XXIX. Ob. an. M. D. LIV.

Pene fores sacrarii humi.

35 Galeatio Buzzaccareno Francisci Filio, viro integritate insigni annos nato LXXVI. Justinę Rosellę conjugis dulcis. Franciscus Buzzaccareno Antonii Filius Nepos
M. H. F. C.

Petrus de Daulis magnus copiarum Dux, et in Repub. Pat. Senator, in obsidione Castri Colonia, cum audisset pro Patria contra Vicent. duosisset occisus est anno 1280. Idem accidit Anton. ex eadem gente, qui in oppugnatione Annoalis Oppidi Tarvisini iclu lapidis extinctus est. Scardi.

E' regione Mausolei Salionis Buzzaccareni ad fores Sacrarum, cum statua lapidea.

36 Daulo de Daulis Docto Patr. Pat. Joan. Bapt. Filio, qui Trojanę virtutis nobilissimum unde genus, ex asse hęres primo Cataphractorum Equitum Austriaco bello ductor, inde Mantuę motibus Patavinarum, Tarvisinarumq; copiarum Moderator, & Serenisi Principis dexteram, & veterum Ducum gloriam promeruit, mox Brixie, Palmę, Corcyre, aliisq; munitis. Reip. arcibus Prefectus. Demum Cretenses, Illyriosque fines depopulante Thrace genitori, quem ne Patavinę triremis demandatum subiret imperium, dum desinebant facta suffectus; dum communem salutem suo cruore parere non dubitat, ætate, laboribus fractus, mortalitatis cursum gloriosissimę conclusit Jadrę r. Aug. M. DC. XLII. Ætat. an. LXVI. Patav. Civitas ne tanti Viri nomen ulla ingrater posteritatis reticentia observetur, publicum hoc amoris, & honoris monumentum decrevit.

Albertus, & Franciscus alter ex hac nobilifamilia quod valde suspecti. Accolimo in publico foro sumpto. ngeati sunt an.

In superliminari janua Sacrarum magnis liteeris.

37 FRANCISCUS VICO AGGERIS HUIUS OPERIS CONDITOR.

Is enim sumptibus suis partem Sacrarum extruxit anno 1460. veteri jam una cum parvo Monasterio anno 1331. incendio penitus consumpto. Construxit etiam, & dotavit Sacellum, & Altare S. Apostoli.

Itoli Thomæ in dicto Sacrario versus meridiem, atq; unice semper Monasterium nostrum dilexit, neque minoris benevolentia, & Charitatis fuit in nos omnes Petrus Antonius ejus Filius Eques clarissimus. Ex Desiderio Lignamineo. 1249. Romanandin. lib. 5. & 6.

Ad pedes Arae amplum marmor rubri coloris cum insignib. gentil.

38 Franciscus Vicoaggeris Anton. Fil. Civis Patav. sibi, & suis omnibus vivens F.an. sal. Mcccc. Lxxxvi. kal. Maji.

Ricardus est hac nobiliss.

Olim in lateritio conditorio ad tempus.

39 Bernardo Comiti S. Bonifacii Viro clariss. Lucia Passara Genua uxor quatuor collacrymantibus filiis moestissima P. Ob. V. Kal. Sept. An. MDLVII.

inter antiquiss. Italiae familias comes S. Bonifacii dum obsideretur Patavium à Venetis fortiter pugnans tormento istius perit ad vallum S. Crucis 1404. Vide inscrip. agr. f. 334.

In eodem sacrario è regione Arae S. Thomæ ante sacellum olim D. Antonio Abbati dicatum, quod hodiè reliquiarum dicitur, à Nobilissima Familia de Daulis, seu Dotis ex vivis lapidibus constructum.

Humi in tabula sepulchrali rubri marmoris.

40 Daulæ gentis requies anno M.ccc...

Super ostium, ex quo à Sacrario ad capitulum patet aditus.

41 UTILITATI, ET DECORI. An. M. DC. Lxxxvi. Priore Conventus Fratris Jacobo Salomoneo.

Extra supra Sacrarii portam in sublimi loco sub simulacbro marmoreo.

42 Federicus de Lazara ex Comitibus Paludis majoris Eques Hierosolymit. M. DC. Lxvi II.

Humi in ipso ferme portæ limine in albo lapide legitur eadem inscriptio.

Erant in sacrario pulcherrima, & magni pretii ornamenta, que anno 1332. repentino incendio combusta sunt; omnibus autè an. 1352. fere insauratis die 20. novembr. 1434. fures noctu ad summam ducatorum trecentorum rapuerunt, que pietate præsertim Mariæ Dandulo deinde restituta sunt.

Ab hoc non longe in rubro tumulo ex marmore.

43 Aloysius Scoimus Nob. Pat. sibi, suisque hæredibus P. F. an. M. D. LXXVII.

Prope fores Turris sacrae.
 44 M.CCC.LX. Septimo Julii. Obiit
 MARTINUS CANIS de CANIBUS.

45 Balthasar Carducius Florentinus in Patavina Accademia Pontif. mox Cæsarei juris Antesignanus, Ludovicæ Uxori benemeritæ . P. An. M.D.XIX.

Juxta portam, quæ ab Ecclesia ad cavedium ducit in albotumulo ex marmore.

46 V. F. Florena Abriana Alex. Com. & Equit. CaraphraCTOR. Filia Prosdocimi Discaltii uxor sibi, & suis omnibus. *Post hujus familiae stemma.*

H.

S.

E.

Martiali concordia incomparabilis in viduitate casta, in angustiis fortis. V. An. LXXVIII. Men. VI. D. v. hor. pl. minus x. Alex. Discaltius Prosd. Fil. medicus Matripientissimæ B. M. T. F. I.

S.

T.

T.

L.

47 Adami Privati, & familiae suæ domus secunda, donec tertia, atque ultima venerit, quam an. à Nat. Redempti Mundi restaurar. M.DC.LVII.

Ad Aram Assumpt. B. Virg.

Ara hujus sacelli (à Nautis S. Joannis condita) sicut & aliorum, quæ sub Podio erant, hærebant ipsius Podii parietibus; de more enim præcorum temporum, etiam in hujus Templi medio constructum erat Podium, Templum ipsum in duas partes dividens, quod An. 1586. à Valerio Muscheta canobii Moderatore una cum quatuor Altaribus ipsi Podio innixis eversum est: Templumque restaurari cepit, & novis altaribus marmoreis alio translatis exornari. Fuit autem hæc ara primum sub Podio à Franc. Ardenhi ex oppido Atestino extructa, deinde eam Franciscus Zenarius Pat. in Cypri insula degens suo testamento restaurari jussit Ann. 1377. quod piè executus est vir nobilis Petrus Mustatus ejus gener, & hæres, cujus etiam insignia in basi columnarum spectantur.

Apud Aram Tumulus Monialium S. Rosa, hodie renovatus, sine titulo.

Juxta

Juxta aram , prope tumulum Margaritæ Zenarii Filia , & Mussati Uxor in albo lapide .

48 Baptista Panella Pat. & Magdalena Uxor An. 1682.

Al aram Annunt. B. Virginis , cui olim superius incumbebat Organum , in parte inferiori imaginis .

49 Divæ Mariæ Dei Matri Aram hanc, ubi alternis Diebus pro se, ac totâ familia Sacrum fiat, Ant. & Beldomandus J. C. Candi Fratres dote attributa dicarunt

CICLXIC.

Ab hac non longe distans , bitmi in novo marmore .

51 Ludovico Doctorio Constantini F. Marchioni, Eq. Decurioni, Paulæ Pernumicæ ejus primæ Uxori, Jo. Antonio Academiæ Delicæ Principi, & Jacobo Ludovici Filiis defunctis. Antonia Cuiſana Ludovici Uxor secunda, Ludovicus Jo. Antonii F. & Jacobus Antonius Ludovici F. ex secunda Ux. viventes, Marito, Avo, Avic, Patri, & Patruo B.B. M.M. sibi, & suis omnibus P.P. M. DC. XCI.

52 Alexandri Doctorii Equ. & Lucie Zacchæ Nob. Venet. hic cineres quiescunt, quos non minus thalami, quàm tumuli consortes eodem Anno, Mense, Hebdomada, rapidissimum Fatum sustulit. Quorum Neuter se alteri superstitem, Neuter præmorientem se novit, sed pares pietate, Fide, Funere, Voluntate, hanc sibi destinarunt sedem, ut quos Amor junxerat, mors non divideret. Hæc XI r. Ille ix. Kal. Maji obierunt. 1682.

S. Petri Martyris .

Hæc ara olim sub Podio à Præclara Muliere Aymerici Curtaroduli Filia, & Petri Carrariensis Nobilit. Uxore ann. 1417. extracta, & à Venturino, Bartholomæo, & Zaccæ ejus Filio; ex clara Fam. de Barbobus à Soncino Ann. 1474. restaurata. Franciscus tandem ex eadem familia Nob. hanc marmoream. An. 1584. hoc in loco reposuit.

Al pedes Ara in albo marmore sepulchrali .

53 Pro Domino Hieronymo de Barbobus de Soncino q.

G. 3

Domini.

Domini Marci, & Descendentibus suis. Anno Domini
MDLXII. Die Jovis XXVI. Mens. Junii.

S. Dominici.

Hæc quoque ara olim sub Podio à Petro Simeone de Campania Anno
1440. extracta, deinde à Petro Calali Viro Nob. Anno 1555 restaura-
ta, tandem everfo Podio in hunc locum translata ære Euphemie Mo-
ro Patr. Ven. Matthæi Eq. Cumani Uxore pictura, & marmore or-
nata est:

In inferiori parte Ara.

54 D. O. M. Divoque Dominico Matthæi Eq. Cumani
memoriæ ergo, Euphemia Moro Nob. Veneta Conjux
erigendum curavit. M.D.LXXXVII.

Super Ara erat olim Horologium cum sequenti inscrip.

*Evit autem
turris Horolo-
gi fulmine
tacta anno
M. D. . . .*

55 Francisci Beati Venet. Theologi Dominic. Viri Do-
ctifs. qui obiit Pisis 1546. dum ibi Metaphys. publicè
profiteretur.

*Quando spem Hora moratur, ac dolorem,
Et letbo fugit, atque pertimenti, mensu
Fallitur ægra mens eodem.
Ergo hoc munere sanior fruatur.*

Ad pedes ara Humi in parvo lapide.

56 Lucretia de Peregrinis à Ponte Nob. Pat. Vita piè
acta nobilior. Hic ad diem ultimam conditur. Vivere
desiit rv. Idus Octob. 1688. Ætat. 78.

57 Helenæ Conjugi Dilectifs. quam castam è thalamo ad
tumulum perductam famil. luxit. Gaspar Pasqualotus
mœrens monumentum sibi, Filiis, ac posteris. Amor
S. P. M. DC. LVI.

58 Hic jacet Joan. Bapt. Panighetti Amicorum preces ex-
pectans. Obiit Ann. Dom. 1680. Die 27. Januarii.

In sublimi Sacelli Sanctæ Catharinæ Senensis.

59 Altare privilegium pro Sodalitio Nobilium Fœmina-
rum

Super Altare Sancti Dominici.

- 60 Altare privilegium pro Viris nobilibus Congregationis Sancti Dominici.

In Vestibulo Majoris Jannæ Templi statim in ingressu extat sepulchrum marmoreum, hodie fractum, in quo cineres Petri Aponi cognomento Conciliatoris jacent, absque inscriptione. Ne tamē nomen tanti viri è memoria hominum excidat, Frater Desiderius Lignamineus hoc breve elogium in suis scriptis sepulchro incidendum reliquit.

- 61 Petrus Aponus cognomento Conciliator hinc situs est, cujus singularem memoriam Frater Desiderius Lignamineus Pat. hac brevi inscriptione in studiosorum gratiam restituit. Ann. M. D. LX. Obiit autem Anno M. CCC. XV. Æt. suæ LXVI.

Petrus testamentum condidit an. 1315. die 20. Maii. Gerardo Not. Q. Finetti de Abbano multa ad pias causas legata reliquit, ac missis pro salute anime sue dicendis, testatusque est se mori velle in fide Catholica Roman Aula Zabarella. f. 120.

Ad Aram Nat. Domini, quam ex bonis suis erexit Lucretia Vincentis Mischettæ Clariss. Medici uxor Ann. 1526.

- 62 Gloria in Excelsis Deo.

Ante fores Sacelli Sacratiss. Rosarii in rubro marmore quadrato.

- 63 D. O. M. Contarena Contareno Lipomano Conditori suo spiritum mortis nescium redditura M. H. corruptibili carni donec sua veniat immutatio P. C. Ann. Dom. M. DC. LXXXI. Kal. Apr.

- 64 O devotam, & humilem reverentiam Hero à Sanctis. Virgineo, Catharinæ de Alessis de Ateste .N. colonius Cursus Doct. Maritus reponi jussit Ann. M. DC. LXXXVIII. II. Octob.

Ab hoc non procul in parvo saxo.

- 65 Julia Mussata Gregghetta Nobilis Patavina hinc jacet.

Intra

*Intra ipsum Sacellum, cuius Aram bis nostris temporibus operosior
rem ex vario marmore Patres construxerunt. Humi.*

*Moraria stir-
ps. Muraria
antiquitus di-
cta, Murarius
Paduanus,
quod in Eccle-
sialium pro pa-
triae consilium,
unierat tota civi-
tatis familia
tyranno sic im-
perante deco-
larus est. An.
1246. Petro
Girardo..*

66 Hunc secundam domum donec tertia veniat sibi suis-
que vivens Gaspar Morarius. T. C. Pos. Ann. M. DC.
LXIV. Die XXI. Apr.

E Regione hujus in albo marmore.

67 Angela Filosi hunc tumulum vivens morituræ posuit
fatalem Angeli tubam expectans, quam illa tibi, tu illi
quæso reciproca prece serio adprecare Viator. Ann.
Repor. Sal. M. DC. XLVIII.

Ibidem in alio lapide.

68. Julæ Tasca Sarotti Venet. hic ossa conduntur, quæ
proprie consulens incolumitati, Veneti dum Maris fu-
git æstus securum portum invenit, Patriæq; dum propter
Deum vale dicit Patriam cælum promeruit XVII. Nou.
M. DC. LXIII. Æt XLIII. Quam inscriptionem Tempo-
re corrosam novo marmore insculptam Dilectiss. Ma-
tri restauravit Fr. Dominicus Sarotti Ord. Prædic. Ann.
M. DC. LXXXVI.

69 Sepulta hic sine titulo Nobiliss. Matrona Lucretia de
Lazara Uxor. Q. Hieronymi de Leone Comit. Sanguini-
neti, quæ obiit 15 Jul. 1648. Æt. suæ 73. Mens. 4. D. 24.

*In Capella olim Sancti Joannis Evangelistæ, hodie Sanctæ Crucis, &
Nominis Dei, erecta à Francisco Forzateo de Vice Comitibus Co-
mite, & Equite Ferrariæ de gente Aledusii Patavini, militari gloria
insigni Filio, Anno 1462. Cujus insignia extra Sacellum altius in
pariete in lapide sculpta spectantur. Delubrum postea Sodalitati
Nominis Dei anno 1582. assignatum est, atque his nostris Tem-
poribus à Nobili Corbeliorum Familia restauratum, & vario
marmore ornatum.*

In medio Aræ altius in marmorea tabella speciosa valde.

70 Sacellum hoc Jesu Nomini Sacrum Com. Ofualdus
Corbelius J. U. D. suæ, ac Friderici Fratris J. U. D. præ-
mortui obsecutus pietati ære prompto exornavit.

Ad dex-

Ad dextram Ara in lydio lapide litteris aureis.

- 71 Gaspari Corbelio Com. Patr. Pat. Phil. ac Jur. Conf. eximio ex stirpe Corvinatorum, qui virtutum, ac scientiarum ornamentis conspicuus in patria pluries Decurio, munerumque gestorum gloria sibi, familiae, ac Patriae decus perenne concilia vit. Com. Osualdus Filius P.C. Vixit Annos LXXII. Ob. Anno Domini M. DC. LXIX.

Ad levam sub Icone marmorea.

- 72 Com. Gaspar Corbelius q. Antonii Mariae.

- 73 Ad pedes Arae Tumulus albi marmoris cum stemmate Francisci Forzatei *detritis litteris.*

Ab hoc non procul in rubro marmore.

- 74 Familiae Corbeliae Patritiae Patavinae M. DC. XXXIII. Hic locus erat secunda domus Familiae Corbeliae Patrit. Patav. quam adhuc vivens Osualdus sibi, & dilectis. conjugi parare voluit. Anno Domini M. DC. LXXXII.

Penes gradus Ara tumulus.

- 76 Gio: Battista, & Fratelli Righi detti Baldi, & descendenti. M. D.

Ad Aram S. Thomae Aquinatis olim sub Podio à Marsilio Carrariensi extractam, at extinctis Marsilii haeredibus ad Nobilem Familiam illorum de Rubeis transivit; inde ad Verceslesiam, & tandem anno 1587. à Decio Tridento Nobili Patavino, & Vicentino obtentam; in hunc locum translata est, & specioso marmore ornata.

Legebatur olim in sublimi in arcu Sacelli.

- 77 Hanc Capellam construi, & Altare dotare fecit Nob. Vir MARSILIUS de CARRARIA ad honorem Sancti Thomae Confessoris, & Doctoris Ordinis Praedicatorum, tempore Prioratus Fr. Jacobi de Ponte Corbo. Anno M. CCC. XXXIX.

Hodie

Hodie in Ara coronide.

- 78 DEO, ET DIVO THOMÆ altare dicatum, & sibi, Uxori, & liberis quod in æde D. Francisci vetustate oblitteratum erat sepulchrum renovatum voluit: Comes Decius Tridentus Patrit. Pat. & Vicent. M. D. LXXXVIII.

Fræscibinus ex hac gente Trident. or iuda, ibidemq; vetusta, & nobili, ob graves inimicitias inter Guelphos, & Ghibel. patria relicta, in cœtâ primùm, mox Patavinâ Familiã traduxit. Antonius Maximil. Cesaris fuit à Consiliis, ejusque colligendo cœnsui Generalis in Italia Præf. Joan. et Hieronym. una cum tota familia à Carolo V. creati sunt Comites. Ex Pajarin. l. 3. & Script. auth.

Ante gradus Ara in rubro marmore.

- 79 DECIO TRIDENTO, ET POSTERIS. M. D. LXXXVIII.

Ad Aram S. Caroli, quam extinctis hæredibus Familia Mazzone, à quibus constructum erat altare, P. P. an. 1660. familia de Lazzaronis cesserunt. Humi in rubro lapide.

- 80 Hoc monumentum tenetur à Francisco de Lazzaronis, hæredibusque suis. M. DC. LXIII.

Ad dextram Ara humi.

- 81 Ossa Balthassaris Jordani Chirurgi peritiss. sua ætate non obscuri nominis, quæ Fr. Jordanus Jordani Reg. datus, & publicus Logicæ professor ejus Fil. sub hoc lapide mestissimus humari iussit. Ann. M. DC. LXXII.
S. T. T. L.

Ad levam Ara in proxima Templi columna altiùs sub simulacbro in nobili marmore aureis literis.

- 82 D. O. M. JULIO CLEMENTI SCOTTO è Placentinis Comitibus Sermenti innocencia, doctrina, Æquanimitate clariss. Philosophiæ, mox Sacrorum Canonum in Patavino Lyceò Profefs. eruditiss. Qui majorum virtutem Inclitam, & pro Veneta Republica Sereniss. fortiter gestas, æquali gloria, & fide, de posteritate optime meritus Scientiarum omnium monumentis eximie cumulavit. Jacobus Caimus Utinensis Comes Juris Civil. Vespert. Horis Interpres primarius, amico candidiss. P. Obiit Patav. Sempt. Idus Oct.

M. DC. LXXIX.

Ad latus

83 Ad latus lævum Aræ S. Thomæ in rubro marmore cum
Stemmate Scorpionis antiquis. & nobilibs. familiae
de Rubeis insigne.

*Scorpiiger ista tuos BONIFAGI nobilis urna
RUBRE, heredum est cineres lacera tuorum*
M. CCCC. XX.

*Petrus Es
Rubeorum fa-
milia per quã
familias
Acciolino A.
des sibi com-
struxit apud
Divum Bar-
tholomæum
cum excelsa
turre, & pin-
natis muris in
Arcis simili-
tudine; cuius
vestigia ad-
bur spectan-
tur. Ung. l. 3.
De Solimana
Rubro, &
alii in una fa-
milia Viris
vide, qua di-
ximus in In-
script, Agri
Pat. f. 320.*

Ad Aram S. Catharinę Vir. & Mar. quam Andreas Paradisus, seu Capi-
vaceus Nob. Pat. erexit an. 1525, à Patribus aurem anno 1589. restau-
rata est, pariesque totus, cui altare incumbit interpolatus, & amplia-
tis fenestris, & picturis exornatus, supra quas altius ferè sub fornice
legitur.

84 Fratris Desiderii Junioris Lignaminci Magistri Patav.
diligentia. Anno M. D. LXXXIX.

Hac nostra ætate nova opera, & impensis nobilior reddita est Ara, tum
adiëctione sculptę imaginis Christi (opus ut fertur Donatelli) quę
antea stabat in trabe imminente Aræ maximę, tum basibus, & colum-
nis ex Altari Rosarii delatis; tum demum insigni reliquiarum depo-
sito, quod Magist. Hieronymus Herculæus liberaliter donavit.

In Aræ coronide.

85. *Ut Casbarina Dei es Paradisi sponsa Datoris
Sic Paradisorum contuere genus.*

86. Ad gradus Aræ sepultura cum insignibus Nobilium
Capivaceorum vetustate plena, & literis attritu præ-
dum deletis.

87 Alovise C. V. & Lucia sua consorte, & non altri.

Ab hoc non longe distans in quadrato marmore rubri coloris.

88 Pius manibus Elisabeth Bredæ uxoris incomparabilis
cristem hanc cinerum sedem acerbam conditionis huma-
næ monumentum, Paulus Cæsarotus, & sibi, & posteris
non sine lacrymis P. obiit an. M. DC. LX. Idib. Novem.
Ætat. suæ XLIV.

Sacellum S. Ioannis Baptistę à Nobili Viro Chæco Leonio militari di-
scipulo, & gestorum gloria insigni anno 1304. constructum fuit. Al-
taris

H

taris

taris autem dotem 1432. auxit PAULUS LEONIUS generosus Miles, suasu Magistri Joannis ex nobilissima Familia CAMPI S. PETRI hujus Cenobii eo tempore Rectoris, & Hæreticæ pravitatis in Diœcesi Patavina INQUISITORIS.

Fuit Checus sub Francisco Seniore Carrariensi V. L. Duce non semel Imperat. exercitus, & eide in omnibus difficillimis rebus ultra ceteros semper fidelis. Gattar.

Legitur ab utraque Sacelli parte sub insignibus.

89 Hoc opus instituit CHECUS ipse LEONIUS beros, Ut sua Busta locet, regat, & proba Busta suorum.

Ante gradus Altaris humi, in specioso marmore.

90 Clauditur his tenebris CHECUS olim Phæbus Olympi, Et sua mens regnat radius opulenta per aulas. Qui obiit Anno Domini M. CCC. LXXX.

Extant humi ex utroq; Altaris latere duo sepulchra Familix absque titulo. Vide Inscript. Agri Pat. fol. 396.

Gulielmus Cortarodulona cu Jacobo Turchetto Core, seu Procuratore Civitatis, & Petro Sancta Cruce, electus fuit ad constituendos fines inter Venetos, & Patav. post primum bellum Carrar. an. 1378 Petrus ex eadem familia legatus missus ad Venetos pro impetrando contra Acciolinum auxilio, id pro arvere tyranno, transmissis signis Venetias, occisus est an. 1242.

In medio Sacelli Divi Nicolai ab antiquissima, & nobilissima CORTARODULORUM Familia extructo, cujus insignia in utraque parte muri affixa spectantur. Anno 1304. à Nicolao Episc. Gignensi Assistentibus quatuordecim Coepiscopis Consecratum. Magistro Jacobo Bonoalexà Patavino Priore.

91 Bina Familix Monumenta marmorea, in quorum altero unà cum insignibus, M. A. In altero stemma dumtaxat excisum.

92 Extra Sacellum nobile marmor sepulchrale rubri coloris cum insignibus Turris sine titulo.

93 Domus secunda Antonii Communiani pro se, & Uxore sua, Obiit anno Christi Salvatoris, M. DC. Lxix.

Prope Aram maximam in albo marmore elaborato. 83
94 Marini SANGUINACII quondam D. NICOLAI in hoc sarcophago ossa clausa sunt, Obiit anno M. D. XX. Mens. Sept.

Secus Aram Salvatoris hodie pietatis, qua à MARIETÀ Patris JACOBI LUSIGNANI REGIS CIPRI Matre comita

Acta, & Anno 1483: pijs muneribus aucta, deinde à Michaele Ur-
fino Episc. Patavense anno 1487: solemniter consecrata:

Ut albo marmore citra inflexibus

ZACCHI CYPRI REGIS

CERLOTA

H. SEP. T.

ANN. SUE ETAT. XII. M. III.

M. CCCC. LXXX.

XXIV. IVLII

In ipso Altari spectantur tres imagines fictiles Christi b.
Virg. & Jo. Evang. Extrantes è sepulchro cum imagine
Cerlota puella REGIS ZACCHI Filia, qua gemibus
flexis videtur deprecari Christum his fortasse verbis ibi
idem in sepulchro Christi descriptis.

*Vita mori voluit, & in hoc tumulo requiescit
Morsque vita fuit; nostrum vitæ abolerunt;
Namque confregit inferna; sibi que subegit
Ducendoque suos; cuius Dux ipse cohortis
Aque Triumphator hinc surgit Leo fortis;
Istæque inde gemit, & hostis lugens spoliatur.*

Inter hanc Aram, & illam D. Caroli in sublimi pariete spectantur ara
cu in marmore sepulchralis deaurata Marieta Regis Cypri Ma-
tris ex Benigno consulto affixa; ut cuius altera parte Regium
stemma, in medio alatus Leo, in dextera vero hoc elogium legitur:

MARIETA MATER

QUONDAM JACOBI

CYPRI REGIS.

Amplum marmor rubri coloris.

**MARIETA MATER QUONDAM JACOBI CY-
PRI REGIS** vivens sibi fecit an. 1483. de Mens. Se-
ptemb. Obiit autem M. D. III. Die XII. Aprilis.

Sicent fortassis in hoc eodem tumulo **EMMANUEL**; & **NICO-
EOSA** Reginae Parentes clarissimi; & **MELCHIOR** ejus Ger-
manus Frater; cum enim Regina Catharina Cornelia se **REGNO**

H 2

CYPR

*Apriens tunc
aliud sibi do-
mum in hy-
mi ale gradus
Ara majoris
costruxit illu-
stris Marieta,
in qua voluit
humiliter re-
condi.*

CYPRI abdicasset, rediissetque in Italiam ex S. C. translati sunt eodem omnes JACOBI REGIS consanguinei, quibus RESPUBLICA VENETA castrum Patavinum ad habitationem concessit, qua ex Vicinia Templum D. Augustini devotè frequentabant, eidemque multa beneficia contulerunt. Servator in Sacratio quadam parva non exigui valoris cum insignibus Regis Cypri, & his literis. MARIETA MATER REGIS CYPRI VIVENS PRO SE, ET CARLOTTA REGIS FILIA NEPTE DEFUNCTA DICAVIT F. Jac. Lusign. hist. di Cipro.

Nicolaus, sub
Cani scaligero
potestate Urbis
sella esse vi-
disset, Venetias
se se recepit,
deinde Clodiam,
ubi reliquum
vita sepius in
literario otio
peregis. Vide
infr. Agr.
f. 71. Fuit hic
primus qui te-
mone curru
impingere ce-
pit, ut in civi-
li bello a ceteris
Carrariensibus
signis sub
facilius nosce-
retur. Fuit
magni animi
vir, & acerrimi
ingenii.
Stard.

Ad Lavam Aræ sub Arca altiùs suspensa, & elaborata, ubi quiescunt cineres NICOLAI CARRARIENSIS Territorii Paduani Domini.

Strenuus hic miles mores indutus beriles,
Armis militiam decorans, virtute Sophiam,
Cui dat Cognomen CARRARIA Nobile Nomen,
Compulsus Parca, NICOLAUS in hac jacet arca.
Mille trecentenis quatuor quater quoque denis,
Ad hunc mors venit, Octobris unde vigenis.

100 Humi verò jacet JACOBUS GRANDIS CARRARIENSIS, qui Annam PETRI GRADONICI DUCIS Venetiarum Filiam Uxorem habuit, & Veneta Nobilitate donatus est, de quo hæc Scardeonius.

JACOBUS cognomento GRANDIS primus qui ex CARRARIENSI familia universi populi Patavini, consensu Dux electus Civitatem rexit. Ob. anno 1332. Die 22. Nov. Vir maxime ambitiosus, & sepultus est in Templo Divi AUGUSTINI humi sub arca NICOLAI CARRARIENSIS, ubi mittis nunc sepulchri titulus visitur. Jacobi Magnificæ ædes cum nondum Carrariensium Ducum Regia instructa esset, fuisse in regione S. Margarite bodiè S. Francisci scribit Tomasin. de gym. fol. 34.

In basi novi suggestus affabrè elaborati.

D. O. M.

ANNO SALUTIS

M. DC. XCI.

KALENDIS

APRILIS.

Hoc opus splendidum Magister Petrus Antonius Luzzi Doctor Collegiatus tunc Cœnobii moderator ex suis religiosis laboribus parte F. C. & majorem partem Cœnobii ex vivo siccè construxit. Eodem tempore scamna, seu sedilla, quæ vetustate, ac carie contumpta Ecclesiam deturpabant, cura Magistri Jacobi Salomonii ablata, nova eum in modum, in quo conspiciuntur, facta sunt. Idem suis expensis anno 1671. Cavas in parietibus Ecclesie fecit, in quibus Confessionaria collocarî, atque Cornices fenestrarum in sublimi anno 1691. aperuit, quibus & ornatur, & illuminatur templum.

Prope fores Templi ad meridiem in parvo marmore.

102 Vincentii Molini Parr. Vener. Abbatis Commendatarii. S. Zenonis Majoris Veronæ. Obiit IV. Decemb. M. DC. LXXXVIII. Magister Jacobus Salomonius Ordinis Prædicat. Obsequii ergo P. C.

103 *Facit in hoc Templo jussu Franc. Carrariensis vii. Pad.*

Principis quatuor Patris Veneti ex triginta, qui in duro præcillio ad Lovæ Castrum 14. Maji 1373. à Carrariensibus capti sunt, & hic Patavii in Carrariensibus Carceribus obierunt; Fuerunt hi Leonardus Dandolo, Jacobus Diedo, Marcus Molino, & Gaspar Salomonius. Gat. V. in cr. Agri f. 333.

104 *Conditi sunt quoque in Porticibus sub arca Joannis Forzate Aloysius Forzate, & Philippinus ejus nepos, quos supplicio extremò afficiendos curavit in publico foro Franciscus Carrariensis Dux vii. Padue anno 1372. 23. Januarii, quod conjurassent cum Marsilio, Nicolao, & Bonifacio Abbate Pratalea Fratribus suis, ut eum, at Franciscum Novellum Filium ejus occiderent, dederentque sese Venetis. Proscripti sunt ceteri confæci, deportatusque Nicolaus ad Turrim Montis Silicis, Abbas verò in Turrim Castri Balai. Gattar.*

In lapide

In lapide olim in Turri Sacra inscriptio Desiderii Lignaminei
 105 Ann. M. CCCC. Die XX. August. fulmen hor-
 rendum magnam Campanilis partem dejecit, pro quo
 instaurando tria millia librarum exposita, & expen-
 sa fuerunt.

Inibi in alio lapide.

106 Ann. M. D. L. Die XIX. April. duo alia post meri-
 diem vehementi impetu conrigerunt. Fractum namq;
 & diuissum toto vertice Campanile, deinde maxima
 pars ipsius dejecta, detrimentum longe majus supe-
 riore attulit. Namque in eorum omnium, quæ tunc
 corruerunt, instaurazione aurei quingenti expensissent.
 Quæ omnia Frater Desiderius Lignamineus Pat. ad
 rei memoriam hoc loco inscripsit. Anno Domin.

M. D. LX.

Duo alia contigisse legimus in Conuentus Annalibus,
 quorum alterum Ann. M. D. C. II. Die xvii Julii
 Hora Sexta, alterum verò in Campanili, & Organæ

M. DC. xxxi.

Olim in fracto lapide.

107 Baptista Stalpo Juris Consulto, & suis tumulus
 M. CCC. XL.

Ad valvas Templi ad Orientem.

108 M. CCCC. XXX. Tabacco Nohier Gioene fece
 fare questa opera.

*Ad levam Ara S. Thome sub imaginibus miracula Sanctissimi
 Rosarii referentibus.*

109 Leonellus, & Jacobus Eq. Hierosolym. Rinaldi
 Papafava Filii Tapida deperituri, vitam
 acceptam, domum servatam, Rosario Virginis, ac Divis
 Tutelaribus referunt imploratam feliciter opem.

Ad fontem

Fuit hic de-
 ductus Ricar-
 diana Nico-
 la Memo-
 riam primis
 in Civitate
 Veneti Provi-
 sorem consti-
 tuerat Nicola-
 rius, cum Re-
 vennates per-
 tecti domina-
 stionis Hostasii
 de Polenta
 sponte se Re-
 pub. dedidit,
 que per annos
 68. profuit et
 Civitati, &
 Curia.

Ad fontem aque lustralis ex vario marmore affabre constructum
una cum simulacro S. Dominici.

109 LAVAMINI, & MUNDI ESTOTE M. D.

110 Sepul. JOAN. MARCHANOVÆ humi à parte Orientali in Sacello templi ad imitationem Antiquorum, refert Scard.

in Laurentio
Scardoneo
pag. 15. Inscriptio
et in Scardoneo
p. 466.
vir patavienus
et.

Supra januam Turris sacrae.

111 Ant. Quærenge, Utr. Pontif. Sign. Referendario Pauli V. Greg. XV. Urb. VIII. Prælo domestico Sacri Coll. à Secreris post Card. Antonianum, & Can. Pat. Cujus merita eloquentis, ac eruditæ sapientiæ, probitatis, judicii, Roma prædicat, scripta restantur. Nominis Antonii dignissimo, ab Antonio avunculo magno Maximil. L. Imp. à Conf. & Tridenti Prætoze FLAVIUS QUERENGUS Pojaghi Comes, Pauli, Greg. Urb. intimus Cubicularius, & Can. Patav. fratris F. Patruo de se optimè merito P. C. Vixit ann. LXXXV r i. Obiit Romæ an. Sal. M. D. CXXXIII.

Humi verò sepulchrum.

112 ELISABETHÆ OHELLIÆ. Ant. Quærenge Utriusque Pontif. Signaturæ Ref. & Canonicus Patavinus Mari optimè sibiq; & Posteris. Flavius Quærenge Pojaghi Comes, & Can. Pat. fratris F. Antonii Patruo decreto P. Anno M. DC. XXXVIII.

113 FLORINÆ GENTIS REQUIES.
Petri Floreni J. U. C. providentia An. Domini 1622.

114 D. O. M.

Hic condita sunt ossa Jacobi à Gadio, qui vivens hunc locum sibi, & Posteris usque in extremum judicii diem elegit. Obiit anno Domini 1608. Mense Aprilis.

ante, etiam maximam humi.
115. Joannem Dominico & Lucinae parentibus, Sebastiano,
Jacobo

Jacobo, & Petro Fratribus, Vincentius Taxellus Civ. Pat.
sibi & suis hunc, ad Resurrectionis diem, Quietis locum
vivens posuit Anno Domini 1575.

*Errolim
juxta Aram
maximè u-
bi F. F. sepe-
liebantur.*

*Sub porticibus Claustrum statim extra fores Eccl. Tumulus albi
marmoris cum imagine Fratris quiescentis.*

116 Hic jacet Fr. Benedictus Ord. Præd. Fil. quondam
Domini Joannis de Buranis de Padua. Qui Obiit Mccc. xc.
Die xxx. Mens. Augusti.

*Florianus de Buranis suis impensis construendas curavit columnas
parvas podioli, quod in medio Templi constructum erat, supra
enim ipsas columnas legebatur.*

117 M. CCC. XXI. Hoc opus fecit fieri Florianus quon-
dam D. Johannis de Burannis de contrata Carmelitarū.

118 *Ante aram Deiparæ in Calum adsumpta.*

Naturæ D. Joan. à Navibus hoc Altare Deo, & D. D. Joan.
Bapt. & Nicolao, erexerunt, Mariæ Vero, S. S. Q. omni-
bus, Collatis Pec. Pos. M. D. LVI.
Gardefano Gastaldione Ant. Græco, & Jo. Bertholino
Massariis. Francisco Coracina, & Vincentio Groto Sin-
dicis.

*Olim in Sacello S. Nicolai prope altare à parte dextra in
lateritio conditorio, hodie non extat.*

119 Studiosi, ac bonæ indolis Juvenis Julii Fil. D. Marci
de Barbobus, & Domine Ursinæ Cortarodulæ ossa in hac
Urna, in Æternam Noctem clauduntur Nat. Ann. xiv.
Dies X. Defuncti, Deoq; juncti Die nono Mens. Martii
M. D. XLVI. Si perit Corpus, fama superstes erit.

*Extra Sacellum ad levam sepulcrum cum imagine Ar-
chiepiscopalis exculptum, & circum circa ita inscriptum.*

120 Hic jacet Reverendiss. in Christo P. & Dñs Bar-
tholomæus de Prazuris de Urbe, Dei gratia Archie-
piscopus Patracensis, Ordinis Prædicatorum,
qui obiit

qui obiit An. Dom. M. CCC. LXV. Die XI. Mensis Augusti. Cujus Anima requiescat in pace, Amen.

Olim in lateritio conditorio ad tempus hodie non exstat.

121 Jacobus de Manduca Vilanis Sperandeus adolescens Francisci fil. immatura morte præreptus hic jacet, non sine lacrymis Parentum. Ætat. suæ Ann. XII. M. D. LVII. Mense Septembr.

Humi ad levam Ara pietatis sub arca Nicolai Carrariensis.

122 Hic jacet Nobilis Vir Ugolinus de Carrariæ, q. Magnifici, & potentis Domini Francisci Senioris de Carrariæ. Obiit autem anno 1389. Idibus Jun.

123 M. CCCC. V. die Jovis VI. Augusti, fuit hic sepultum Corpus egregiæ, & generosæ Dominæ D. Ursulæ Contareno Uxoris quondam spectabilis, & egregii Viri PETRI de Carrariæ, cujus animâ in pace quiescat.

124 Cirilla Campilonga, Matrôna pudiciss. Lucæ Leonio Marito Opt. & Lud. Gajardo, tanquam filio, mortuis, sibiq; & Hieronymæ sorori, Lud. Ux. ejusque Fil. viventibus, atque posteris V. Fecit Mens. Dec. M. D. L.

Ante Sacrarium tertius Tumulus.

125 Joannis. & Gasparinæ parentum, ac Lucietæ sororis honestiori hoc loco reponi curavit, sibi que & suis domicilium posuit Joan. Maria Regia Ann. M. CC. xxx. Die xxiv. Januarii.

126 Condita huic tumulo Adriana Pudicaque Virgo dum partum ederet, spiritum effudisse fatemur, cum ejus filia Margarita M. D. XXX.

Sub Organo.

127 Hic Situs est HECTOR BEMBUS, qui præcipuis Militiæ ordinibus, honoribusque Reipub. Venet. terrestribus, & maritimis arcibus custodiæ suæ commissis, suam

suam Lxvii. annorum fidem, & integritatem Principi probavit, ac tandem Patavii in ipso munere diem clausit An. M. DC. XL. die xv. Mensis Martii Æt. suæ an. Lxxxiii. Laurentius Bembus Parenti, sibi, & suis.

Ibidem.

128 Evangelista Habriano Philosopho, ac Medico Patri, Jacobo quoque patruo, ac Habriano Fratri, Petrus, ac Melchior de Habrianis Fratres, eorumque hæredes in novissimum diem posuere.

D. O. M.

129

OSSA FRANCISCI TOSETTO

An. M. DC. XIX. adi xv. Giug.

Prope Aram D. Thomæ Aquinatis in fracto marmore sepulchrali.
130 Daniel de Sancta Sophia Civis Nob. tum prudentia, tum gravitate insignis Hunc Sarcophagum sibi P. Q. S. F. C. Obiit Anno S. M. CCC. Lxvii. ix. Kal Febr.

Quasi ad Templi medium in rubro marmore.

131

Angelæ de Leone Rainaldus Papafaba filius pientissimus F. curavit Anno Domini M. D Lxx.

Juxta Altare Assumpt. B. Virg.

132

*Illâ ego MUSATO, coninx. copulata marito,
ZENARIO quondam sanguine creta fui.
At nunc marmoreo claudor MARGART A sepulchro
Urna brevis corpus, mens tamen astra tenet.
Anno Domini M. CCCC. LXXVII.*

133

B. A. R. T. H. O. L. B. A. R. B.
& suorum sepul.

134

ALVISIUS Bononia Nob. Patavus.
sibi, & suis M. D. X.

PAULI

135

PAULI RHAMUSII J. C.

Scribit Dominus Paulus patri Vnicuique Baptista Joannes

Paulo & Rhannusia prole dedit nuptum.

Juriconsultus fuit is, Pœbique sacerdos

Morsu! & Adoro sepius ora lacu.

Vexum dum Venetum justissima regna pererrat,

Fus dicens, magna non sine laude perit.

Ipsè quod est tector, fuit is: sed tu quoque fies

Quod fuis, hoc melior fors sua, sorte tua.

136

Hæc est sepultura honorabilis Viri Antonii Bevilacqua Veneti Capitanei ad Portam S. Joannis. Obiit die

6. Novemb. M. CD. LXXI.

Hic annuam quandam pensionem pro emendis libris reliquit, & continuo emendus est testamentum assit. Annal. Cæboli.

In novo sacello Rosarii extra in Arcu.

137

Sacellum hoc D. O. M. Beatissima Virgini, ac Divis Dominico, Vicentio, & Petro Martiri, Nob. Viri

Antonius Puccivianus anno M. cccc. Lxi. suo sumptu constructum rite sacrum esse jusserat; Sacratissimi Rosarii Collegium loco impetrato ab Antonio Danfo Puccivianorum ex materno genere herede in meliorem faciem opere, & cultu splendidiore; piorum plerisque eorum juvantibus restituit.

Extra Sacellum à parte orientis, & Aquilonis sub insignibus.

M. CCCC. LXXII.

Juxta Aram Annunciate.

138

Fraternitas Rosarii, pro suis defunctis fratribus, sepulchrum hoc posuit die 2. Januarii 1721.

139

Sorores defuncte Societatis Rosarii clauduntur hoc tumulo M. D. XXI.

In medio Sacelli amplum marmor rubri coloris.

140

PETRO Zacco Marito optimo, qui vixit annis septuaginta tribus, Lucretia de Sancto Vito, & sibi, posterisque suis mestissima P. Ob. 13. Kal. Octobr. M. DC. XXI.

PAULA

Albertus ex hac nobili gente, cujus majores multo ante a Germania Monte Si-

licè transmi-
gratus. an. 1104
ex eo oppido
familia Patavina
vini trāstulit,
que omni tē-
pore Viris bel-
lo, & pace
clariss. floruit,
& de Veneta
Repub. optime
merita est.

141 PAULA Anselma hic jacet anno ætatis suæ XLIX.
Obiit vero M. DC. XLIV. Mens. Jan. de xxxi. hora xx.

D. O. M.

142 Ossa Aurelii Ammagatii Bergomensis, Joannes Frater
ejus hic ponere facit. Obiit Kal. Martii. M. DC. XLIV.

Ad dexteram Ara Rosarii buni.

143 Jacobus Antonio unico dilecto filio Joan. Baptista ex
matre Saxius à Monaco ex Bavaria M. ecc. supervivens
Pater moestissimus posuit.

Diem suum ultimum obiit anno M. DC. xxix. xii.
Kal. Novem. Annorum suorum xvii. Mensium iv. die-
rumque integr. pariter quatuor divino decreto.

*Noluit in terris hunc ducere longius arum
Quem celo dignum fecerat ipse Deus.*

Ibidem in pariete extra sacellum.

144 Vincentio Morfo Patriæ Panormitano Græcis, He-
braicis, humanisque literis ornato, animi integrit. &
fortitudo Præt. Petrus Giordinus frater, maximi erga
eum amoris munus supremum. P. Vixit ann. xxvii.
Mens. V. obiit Patavii. Ann. M. DC. IX. nono Kal. Oct.

Eidem:

*Dum te Vincenti conatur vincere seva
Adors à te invito, vita repente manet
Mordere, atq; tuam tentans dum perfida nomen
Invidia eternum morte remorsa jacet.
Sic vita invidia morte quoque mortis olympo.
Præmia Vincenti dat tibi morte Deus.*

P. Æ. CM.

*Ingenii tui si pingi potuisset imago.
Conspicerens oculi plebeius esse tibi.*

Insup.

In suppedaneo Ara S. Antonini, quam Ricarda Consilvia anno M. D. XI. erexit; in lapide sub quo Ricarda Jacet.
 145 CONSILVORUM FAMILIÆ SEPULCHRUM. M.D.VX.

Hæc familia desit in Jacobo ann. 1448. interfecto. Diversa tamen fuit à veteri familia Domini novum de Consilvio jam antea extincta. Ex qua Franciscus Legatus à Francisco Carrariensi Juniore Pad. Dno pro pace universali per arduos tractanda Janna inter omnes Principes, ac universas Respublicas Italia, Austrore Bonifacio IX. Summo Pont. missus est. An. 1392

In Sacello S. Catharina Senensis in rudi lapide.
 146 HECTORI ODDO Patrurio Pat. Phil. ac Medico præclar. fil. coniugi, ac Patri benemerent. Oddus de Oddis parenti, Puliffena Judaica Uxor, & hæres octo Superstites moestis. sibi ipsi post. ac hæ. suis P. C. vix. Ann. XXIX. M. IX. D. VIII. Obiit Anno Domin. M. DC. VIII. ult. Aug.

147 Frigida hic quiescunt ossa CATHARINÆ Regiæ Tonolinæ, anima Coelum tenet. Obiit Ann. Sal. M. DC. XIIII. Die XIIII. Novemb. Ætatis verò suæ XLVI.

Ante Sacellum S. Hiacinti in rubro marmore.
 148 Antonius, & Dominicus fratres de Venturinis Baptiste filii, ac Nepoti carissimo prædefuncto ipsis, & posteris usq; in novissimum diem, corporibus requiem sepulchrū hoc P. Ob. An. Domin. M. D. LXXVII. Mense Augusti.

Ante sacellum S. Nominis Jesus.
 149 BARBARÆ BREMBATÆ Nob. Bergomensis ÆGIDII cumani Nob. Patav. conjugis ossa hic manent, Anno Domini M. D. LXXXVI.

Ægidius alius Gallieni Consul Frater, qui anno Xpi 426. floruit famulæ Cumana nomē dedit. Scard.

Prope Atram Nativitatis.
 150 Jacet hic de BUZZAGARINIS, cui patria Padua Gloria probitas. . . . Ciuilis nomen JOANNIS erat Flaminia Uxor, Angelica filia, Viro Patri chariss. sibi que, posteritati monumentum hoc P. C. Obiit ille anno Salutis M. DC. XXIII. Æt. LXVIII.

Fuit ex eadē familia S. Savinus Episcopus, cuius corpus in ade S. Pauli Cassi Moëti Siciliæ quiescit

Ad pe-

Fuit ex hac
Familia de
Radibus fra-
ter Aloysius,
qui reliquit
coenaculum a-
gros XII. in
Alschnerii
villa. Obiit
aetate an. 1470
die 28. Febr.

Ad pedes Arae S. Dominici tria monumenta, in quorum primo.
151. Hic jacet Dña Magdalena Uxor quondam Dñi Ludovici de Radibus Die 3. Jan. Ann. 1467.

152 Leonardi Saluatorondæ, Beneventæ Uxoris, ac fil. Jo. Baptista ossa, hic jacent; Hos inde comitati Hieronymus Francisci fil. Nob. Merc. Art. Lan. Ventura frater. Jur. Conf. acutis. & in agendis causis fide, præstantia, atque probitate nemini secundus, ac Helisabeih, eorum Mater, Quos omnes, Infelix pater, & Maritus, monumento hoc ab ipso instaurato, voluit honestari. Anno Dom. 1560.

153 Questo Sepolcro l'ha fatto fare Antonio Ragusi vivendo, accio quando piaccia à Dio, vi sia sepolto l'ui, & Laura Poza sua carissima Consorte, & non altri. l'Anno del Signore 1611. Adi 21. Marzo.

154 Sepulchrum Hieronymi Zafanini, & suorum heredum Die XXX. Mensis Octob. Anno M. D. VIII.

155 Magistri Joannis Magnoni Pistoris, Claræque Uxoris, & filii M. D. XI. XI. Febr. Fr. Gabriel P. Ord. P. Commissarius P. procuravit.

Extra Sacellum Rosarii in pariete.

156 Joan. Bapt. Auriliaco. adolescenti lætissimo nato in Gallia transalpina Parte V. o. claris. & Gratianopoli Senatus Principe, qui Patavii quo studiorum causa venerat, morte acerbis. præceptus, magnum moerorem suis attulit, Clementia Caille Mater Filio charissimo ponendum curavit. Anno MDXXXVI. Die XIX. Aprilis. Obiit Anno 1531. Kal. Sept.

157 Nicolao Ant. Corsio, amici pientissimi pos.
Messana in siculis; sapientia; Mors; Patavumque
Me genuit, pepulit. Corripuit, tenet hac.

Obiit

Obijt Frat. suæ ann. XIX. III. Idus Martii M. D. LXI.

158

Ad Aram S. Hieronymi.

DANIEL A LIGNAMINE:

*Is enim aram
istam expen-
sis suis con-
struxit an-
no M. CCCC.
LIX.*

Humi in rubro marmore Sepulchrali.

159 Franciscus a Lignamine Jure Conf. omni munere pu-
blico functus, ac Julia coniux, summo qui cum amore
vixere, vita soluta, pariter quiescunt, ex incuitabili na-
naturæ edicto. M. D. IV. Die XX. Febr.

160 Virginia Brunella Gabrieli Campolongo Ciu. Par-
Marito opt. & Campolongo fil. unico, immatura morte,
Patriæ, & amicis prærepto, lugens pos. & sibi.
Anno M. D. LIX. Mense Augus.

*Ibidem altius in pariete sub statua marmorea è suggestu
legentis personam referente.*

161 Ludouico Carrensis, Cognomento Toseto, Viro
acuto, & persaceto, & in Philosophiæ, Medicinæque
studijs ita excellenti, ut in earum professione Ferrariæ,
Patavijque primas diu obtinuerit, sui P. Vixit Annos 76.
Obijt Anno Dñi M. D. XXXIX. Die XI. Augus.

162 M. C. D. V. Die V. Mensis Septemb. obiit Nobilis Vir
Petrus de Casali, cujus pars vilior hic est, pars melior
Cœlis, æterna pace, locata est.

*Petrus mul-
ta beneficiis
in nostrum
monasterium
consult. ex
Annal. Cę-
nob.*

163 Marcus Mazzonus Mariæ cariss. Uxorî sibi omnibus
que suis An. Dom. 1607. 22. Men. Octob.

Propè Aram S. Thomæ tumulus albi coloris.

D. O. M.

164 Sepulchrum Domini Eusebii Vergelensis pro se, &
heredibus. Vixit annos 60. die 12. Decemb. 1528.

*Vergelensis
cum Hiero-
nymo defecit
anno 1648.
Tomasin.
Moa. Pat.*

*Juxta Aram S. Rymundi, quam Vincentius Taxellus, Vincentio
Fracantiano heredi suo testamento extruendam reliquit. An. 16. 3
Sacrum.*

Bartholomæus ex hac familia. an. 1242
Verona sub
Ezzelino pre-
torem egit. Ve-
rum non multo
post ob falsam
tyranni suspi-
cionem coprehensus,
& immensi cruciatus tor-
tus, tandem
in equuleo a-
nima efflavit.
Panvin.

72 *Jacobi Salomonit.*
165 Sacrum ABRIANO clariss. Equiti, atq; insigni Co-
miti, Mutius frater pientiss. sibi, ac posteris An. Sal. M. D. I.

166 PASQUALINUS Campse Annæ Karis. Coniugi,
& sibi xi. Kal. Mart. M. D. LIH.

167 ADRIANÆ fil. dulciss. immatura morte functæ,
Andreas Minius Pater Civis Venet. V. F. F. Anno
Salut. M. CCCC. LXXVII.

168 ASCANIO SOZINO Senensi summæ spei, inge-
niique amabilis puero longe plusquam illa ætas postula-
bat in primis jam bonarum artium studiis erudito, qui
vixit annos xii. Menses vi. D. x. Marianus Junior Pata-
vii Civilis Juris, Priore loco interpres, & Camilla pa-
rentes mestiss. filio dulciss. P. C.

M. D. xxxix. Sept. Id. April.

Hodie in Claustro altius in pariete ad septentrionem.

In Sacello S. Crucis.

169 ANGELE ZABARELLE Equitis Jacobi fil. Ma-
tronæ lectissimæ pudicitia, ac prole insigni, Hierony-
mus frater Eccl. Patavinæ Canonicus sorori cariss.
Joannes à Sancta Juliana filius matri dulcissimæ, mor-
tissimam posuere. Vixit Ann. LIII.
Obiit Anno Salut. Hum. M. DC. I. xv. Kal. Aug.

Trope Aram Angeli Custodis.

170 H. R. Pietro, & Giovanni Chiarii, come pietosi à pre-
cessori, à se stessi, & à successori ancora, hanno di novo
restaurato, & aggrandito questo monumento. Die 18.
April. An. M. DC. XIV.

*Extra portam Sacelli, à parte sinistra in pariete, visitur puella mar-
more insculpta, toto corpore extenta, dormienti similis
cum hoc Elogio.*

171 Lucretiæ filia Kariss. quæ vixit annos IV.
VILL

VIII. Nicolaus Priolus Patavii Prætor puellę dulci me-
morię requietorium pos. *Infrà conspicitur Vas pictum cum*
Lillo extante, circum quod involuitur hac brevis inscriptio.
372 HODIE MIHI, & CRAS TIBI.

In Columna Templi tabella picta voti causa posita.

373 Cum Civitas Patavina An. M. D. LV. Epidimizę
morbo laboraret, Fratres quoque D. AUGUSTINI
VIII. Idus Sext. ea suspitione intra sui Monasterii pe-
netralia publico Edicto conclusi, benignitate divina per
intercessionem B. Marię semper Virginis, & D. D. Petri
Martyris, & Rocchi Confessoris incolumes omnes, præ-
ter unum: *Fuit is Frater JULIUS DOTTO Nob. Patavi-
nus, Quem dira lues præripuit, evaserunt. Libertate*
igitur salutis donati xi. Kal. Septembris.

In tantę rei memoriam, & tam divini beneficii re-
cordationem hanc tabellam unanimi voto ad pedes Cru-
cifixi Sacratissimi perpetuò spectandam P. C.

Priore Magistro Guido Antonio Cesarino.

In Capella S. Catharina Senensis, à JACOBO BELLI, qui
jacet in medio Sacelli, cum hoc Epitaphio, constructa.

374 Jacobo Belli pientis. & Zanetę ejus Ux. Mulieri gra-
tę, Amicis benemerent. & Marietę Marcanova Virgini
Fil. dulcis. Ludovicus Marcanova sibi, & suis omni-
bus V. F. M. CCCC. LXXI.

375 M. CD. LXIV. honorabilis Viri Francisci BUSE-
NELLO, & suorum heredum.

376 DEO Restau. HELYSABETH Matronarum Decus,
quę præcipiti est fato subrepta, Suavis. Coniugi Joanni
Francisc. PASQUALICO pudicis. hic Corpus ægra
reliquit, sub Natali Jesu Christi M. post CD. supra
unum, & Lxx. Ann. III. Kal. Augusti.

177 D. O. M. sepulchr. Domus CLARÆ restaur. 1555.

178 Angelo Baptaleę Patri amantiſ. Viro opt. & Agneti Matri charis. ac Jo: Angelo Filio dulciſ. præmortuis, & in hunc locum translatis, Joannes Juris Doct. maximo cum mœrore P. Vix. An. LXIII. Ob. An. 1568.

Infra Sacellum Nom. Jeſu, & S. Cathar. tumulus rubri coloris.

179 D. Baptiſtæ Pennacchio Mercatori fidelis. Gaſpar ejus pientis. Fil. ſuiſque hæred. M. H. F. C. An. 1584.

Ante Gradus Ara Annunciationis Beate Virginis.

180 Sepulchrum hoc mandato perilluſtris D. Franciſc. CANDI q. D. Antonii ſibi, & hæredibus, ſucceſſoribusque ſuis, uſque ad novis. diem. Ann. Dom. 1646.

Propè Januam Templi Orientalem.

181 Sepulchrum hoc Franciſco Barbaroffæ Viro, prudenti in ſcientia nitri Ser. S. V. chara in hoc olympio. Nicolaus unicus Fil. Patri dicavit. Vix. an. 63. Ob. 1580.

182 Antonius, & Petrus Fratres de Bacchis Pat. & hæredum. An. M. D. LXXXIII.

Ante Altare Virginis à Rosario in pulchro marmore.

183 Hic jacet Nobilis Vir ANTONIUS de Purcivijanis, qui obiit die XXI. Februarii M. CD. LXII.

Extra Sacellum Propè Aram Nativitat. Domini. Elogium

184 claris. Medici Vincentii Muſchetæ.

Clarus Apollinea Vincentius arte ſepultus.

Ad ſtygias miſerum præcipua traxit aquas.

Invidit ſuperis ſurva Deus arbiter aula,

Humani generis, prob mala conditio!

Obiit Anno M. D. XXXIX.

185 NICO-

185 NICOLAUS CATARUS Vir opt. & in amicos officiosus. rei bellicæ ita peritus, ut exemplum desit, & in Venetam Rempub. adeo fidelis, ut parem forrassis, aliquem verò superiorem habuerit neminem. Is Veneto Senatui, sub cuius imperio per XL. annos militavit, adeo charus, ut nec pace, nec bello ab expeditione unquam vacuus fuerit, & ubi majus periculum instaret, ibi fuit præsidio, cum summis militaribus honoribus defunctus est. Obiit à Christi Nativitate M.D. XL. Etatis aetatis suæ LXXVII. Brixie Oppido hujus cineres ab Antonio filio Jureconf. relatae.

Ante portam Templi Decumanam in albo marmore.

186 GEORGIUS FRIGIMELICA Jacobo parenti opt. Franc. Medico Clariss. Ant. & Petro Mar. fratrib. Sibi, S. Q. omnibus pos. Ann. M. D. LIX. Mense April.

*Olim sub Icone Frigimelici supra fores legebatur
Fr. Desiderii Lignaminei Inscriptio.*

187 FRANC. FRIGIMELICA Jac. fil. Philosophus, ac Medicus sua tempestate Clarissimus, Patavii ornatiss. stipendio Medicinam diu publice professus, & à Julio III. PONT. MAX. ad valetudinis opem accitus, deniq; in patriam reversus Octavo, & LX. suæ Æt. Anno Naturæ concessit III. Idus Maii M. D. LVIII.

188 ALBERTI UTIN. Pont. ossa hinc jacent. Reliqua à morte præcipuus Christianæ religionis cultus, omnium scientiarum, & eloquentiæ celeberrima toto orbe monumenta, vindicant. Vix. An. 56. 1543.

In columna propè fores Turris Campanarie altius in lapide. FORTUNUS LICETUS Gemensis in Gymn. Patav. suprema Cathedra Theorica Medicinæ Interpres filio defuncto

IO. FEDERICO LICETO :

Equiti Je. Chr. & Com. Pal. Philosophiæ **Candidatus**
 Mentis acie, animique celsitudine mirè conspicuo: Vi-
 tæ puritate, morum suavitate, Formæque venustate
 Cunctis dilecto: In adolescentiæ flore vi malignæ febris
 Extincto V. Kal. Nov. M. DC. XLII. **FORTUNIUS,**
 & **JULIA** Parentes mœstifs. Opt. Filio posuerunt.
 Vixit Annos xiv. Menfes III. Dies VII.

Ibidem humi FORTUNII LICETI Patris monumentum.

190 Mortales ita vivite, ut Mens fit in Sepulchro, dum
 Corpus extra tumulum. Nam huc lato cadavere Cœ-
 lum ascendet Anima. Hoc est solidum sapere.

Extra fores, Templi **INCÆMETERIO EXTRINSECO**
 à parte Septentrionali in Arca marmorea
 191 sub testudinato fornice.

*Carne Caminensis, quam stravit Mors ADELEITÆ,
 De superis mensis meretur vivere lata.
 Stirpe fide, vita, pia semina claruit ista,
 Nunc jaces attrita, quam claudit saxea Cista.*

M. CC. LXX.

Indictione VIII. Die VII.

Exeunte Septembri.

*Ibidem propè fores Coenobii in Arca sublimi fa-
 xi rubri muro suspensa.*

192 **NICOLAI MALUMBRÆ.**
*Edite Nobilibus celsa NICOLÆ Malumbris
 Urbe Cremonensis, solers utriusque professor
 Juris, causidicum doctissime, strenue factor
 Justitiæ, vivas oro per sacula felix.*

*Extra à parte sinistra Templi Arca marmorea anti-
 qua nimis sub arcuato fornice.*

193 Hic corpore, sepultus jacet q. Domini **EGIDIJ de**
DINO

DINO filius nomine Dominus Dinus officio Judex, cuius anima M. CC. LXXXIV. indictione XII. XV. intrante Januario sui corporis nexu soluta luteo, de presentis vitae miseria caeli locatur horreo pro suorum operum mercede condigna.

194 *Juxta habetur alius similis tumulus in superiori parte duobus locis ita inscriptus.*
Sepultura illorum de MALICIIS.

195 *Est hic pariter arca D. ALBERTINI de Lazara sine titulo, qui obiit 1285. ex archivio Cenobii, in qua Jacobus ejus filius testamento condi voluit 1309. ubi etiam Agnesina de Maliciis Uxor posita.*

In eodem Cemeterio ab Oriente sepulchrum.

196 M. CC. LXXXIII. XIV. Octobris.
Hic jacet **MATTHÆUS** de Angellini de Vrfis de Bononia.

Ad portam Meridionalem humi.

197 M. CD. V. Hoc est Sepulchrum Magistri Antonii Mastellario de Burgo Sancti Joannis, & suorum hæredum.

198 *Ibidem in pariete Templi Horologium solare his literis.*
TEMPUS NOCET.

Extra Sacellum Crucifixi humi.

199 Hic jacet Dominus Antonius de Cepto.

Non longe ab Horologio in eodem Cemeterio sepulchrum saxi rubri.

200 Hoc est sepulchrum Nobilium Virorum de **REPRANDIS** de Marostica.

Prope alterum Sepulchrum.

201 Hoc est Sepulchrum Virorum, & Mulierum de **REPRANDIS** de Marostica.

Rexit hæc Nobilissima Familia de Maliciis seu Stena Annis 40. & amplius Civitatem. Fuit Nicolaus unus ex Ancianis anno 1237. quo Urbs sub Acciolini tyrannide redacta est. F. Anton. ejus nepos S. T. D. Anno 1292. huic Predic. Cenobio presuit, sub cujus regimine, & Templi, & Clausuri opus ferbuit. Jacobi amplissima ades in vicu Scalona & Pinus, & turribus ornata, jussu tyranni funditus diruta sunt. Anno 1240.

Hic jacet

202 Hic jacent Dñi Compagninus, & Joannes Panada
Judex, & hæres.

*In eodem Cemeterio Arca marmorea cum stemmate Pavonis
femineæ inter duas cruces olim sub Testudinario,
in cuius coronide.*

203 Hic jacet Dominus Ugolinus, & Dominus Chinus
Gerardi de Ubriadis de Florentia.

Franciscus
ex hac fami-
lia sanguine
nobilis opibus
ditiss. cū Frā-
ciscus Carrā-
riensis senior
Januensis
consecratus,
an. 1380. bel-
lum periculo-
sum contra Ve-
netos pararet,
Carrariensi
parū fidus, ab
eo deficiens cū
ducentis mili-
tibus propriis
stipendiis in
partes Veneto-
rum transi-
vit. Scard.

Sepulcrum jam collapsum, & fractum.

204 Sepultura JOANNIS SANGONACII.

205 Non longe in antiquo tumulo pulchro.
*Stiria VVlunge Germania chara fuistis
Terra pater patria Mors me dividit ab istis.*

206 Sepultura OTTONIS de Stubemberc Scholaris
Theutonici.

*Corde manu parvis large mellite suavis
Otto quiesce solo corpore, mente polo.*

*Est marmoreus tumulus pulcherrimus absque literis crucibus
tantum signatus, à quo non longe alterum sepulcrum
Leonardi Templi Architecli.*

207 Magister Leonardus Murarius, qui dicitur Rocallia.

In pariete Templi.

208 Ann. Dñi M. CC. LXXIV. Indict. secunda die
VII. intrante Octob. Hic sepultus fuit D. Bonus D.
Rolandi Magnani de Bononia.

Non longe sub arcuato fornice Arca marmorea in cuius coronide.

209 VANNI olim Dñi JACOBI ANDREÆ de Flo-
rentia, & Consortum.

210 M. CCC. LXXVII. Indict. prima Sepulchrum JO-
HANNIS Nauterii quondam Ser. Leonardi de Con-
trata

trata S. Anna, & suorum hæredum.

Intra portam Horti Conventus in pariete in parvo lapide.

- 211 Hæc est Sepultura Dñi ANDREÆ A FERRO, qui fuit de Mantua, & suorum hæredum.

Extra Sacellum majoris Ara versus Meridiem tumulus in hortis, hodie ferè obliteratus.

- 212 Hæc est sepultura nobiliss. JOHANNIS de VELLO, filii Dñi Laurentii de Vello leg. Doct. & hæred. descendentiunt M. CCC. LXXXIV. Octavo Januarii.

INSCRIPT.ONES COEMETERII INTRINSÈCE

(quod Claustrum vocant) statim extra fores Templi ad

lavam sub Arca marmorea muro suspensa antiqua nimis, in parvo lapide.

- 213 S. Nobilis Militis Domini JOHANNIS CALIZENE.

Humi verò in albo tumulo.

- 214 HIERONYMO de CALIZINE, & hujus hæredibus.

Hæc Familia dicta est postea de BOVETA, quòd Albertus Caligine peramicus Acciolino ab eo impetrasset, ut rivus, qui à flumine propè Sanctum Leonardum decurrit ad Cœnobium Carmelitarum, Boveta dictus, in sua domus commodum deduceretur. Anno 1246. Cald. lib. 4. cap. 135.

Ibidem in Arca nobili in qua Divus Angelus Michael insculptus cernitur, qui utraque manu hanc inscriptionem sustinet.

- 215 Hic jacet Dominus JOHANNES de FORZATE.

Ibidem hurni sub Arca Joannis Forzate.

- 216 M. CCC. XXII. Nobilis Domina Almegarda de Forzate Uxor Nobilis Militis Domini Anselmini de Anselminis migravit ad Christum.

Spatium hoc terra, ubi claustrum, ab Illustri Viro Bonifacio Carrariensi; Barthol. Capilisti anno 1191. eo tempore Prior, obtinuit.

Ex hac Forzate Familia Ygucio tempore Friderici Barbarosse Imperatoris una cum A. Eliolino Seniore anno 1183 legitus missus pro universali Italie pace plurimum laboravit. Scar.

Alius:

Altius in pariete in albo lapide ad Occidentem.

217 Fr. GEORGIO BOVIO Sacræ Theologiæ Magistro Patritio Feltrensi Cœnobii hujus Alumno, scientiæ, probitate, religione spectatissimo. Observantiæ Monasticæ Cœnoboti sedulo, ejus opera TABERNACULUM insigne, quod hanc Ædem illustrat, est constructum. Pie obiit Vincentiæ octog. 1671. Ne tanti Viri memoria excidat Fr. Jacobus Salomonius Magister, & Prior, annuentibus Patribus à Consiliis P. C.

Anno Verbi Incarnati. M. DC. LXXXVI E.

Ibidem inferius in rudi saxo. RESTAURATUM.

218 Diem agens ultimam à Virgineo partu M. ecc. LXXXV. Die xxv. Novembris. Egregius Vir Joannes Salarius per hujus Cœnobii, ac S. Antonii Religiosos Theologiæ Professioni deditos sibi hæredes constitutos hic fuit repositus, deinde per eosdem haud immemores beneficii pietatis, ut olim omni officio adhibito, quam cernis, accessit instauratio anno Dom. 1569. die 15. Julii.

Ante instaurationem sub imagine B. M. V. & S. S. THOMÆ AQUINATIS, & ANTON. CONFESS. Legebatur in pariete.

Hic inferius jacet egregius Vir Dominus JOANNES SALARINUS, qui tam D. AUGUSTINI, quam S. ANTONII Reverendos Theologiæ Studentes suos reliquit hæredes. Pientissimo Joanni Salarino Prædicatorum, Minorumque STUDIUM Celeberrimum hæres P.

In proxima Columna lapidea ponenda.

219 Reverendissimo Patri Fr. ANFONINO CLOCHE Gallo Ord. Prædicatorum Generalis Magister Stemma- te Doctrina, Pietate in primis Claro, qui dum Italica Cœnobia invisens Ditionem quoque Venetam lustrat, quæ ab Annis xc. præfenti Vigilantia Præsidium supremorum earuit, singulis certatim Urbibus tota exceptus Magnificentiâ, hic Patavii totam Civitatem triumphali veluti effusam pompa obviam habuit; ne tanti honoris, quem viro Amplissimo excepto hic hospicio Cœnobium

acceptum.

acceptum refert, memoria intercitat. F. Jac. Salomoni-
 nius Mag. & Eminentiss. S. R. E. Cardinalis GREGO-
 RII BARBADICI. Episc. Pat. Theol. M. P. Ann. Re-
 paratae Salutis. M. DC. xcii. Cœnobii Præsides F. Do-
 minico Grasseni Patavino Baccal. & Sac. Theol. Docto-
 re Collegiato.

*Ab hoc non longè olim Epitaphium Joannis Marii Tirabuschii ita
 sua manu exaratum in quodam libro Desiderii Lignaminei.*

Ego Joan. Marius Tirabuschus in Templo DIVI AUGUSTINI
 Paduæ sepeliri exopto, & maxime volo, cum infrascripto Epita-
 phio; locus enim ille semper mihi gratissimus, & venerandus
 fuit, & omnium Monachorum cujus Cœnobii doctiss. congressus,
 & mores probatiss. admodum placuere; præterea Familiariss. sem-
 per usus sum Fratre Desiderio Lignamineo Patavino Viro, &
 Doctiss. & de me semper benemerito, cujus piis orationibus apud
 Deum maxime adjuvari, & spero, & confido. Patavii Die 10.
 Maii 1560.

E P I T A P H I U M.

220 Contemptor vulgi JESU, & MARIÆ Matris sem-
 per memor, hic novissima tuba excitandus jacet Joan.
 Marius Tirabuschus in cunctos (ut potuit) officiosus.
 Ob. An. M. D. Lxi. multo senio, & laboribus confectus.
 Fr. Desid. Lignam. Pat. Amico B. M. R. & Musar. Alum. P. C.

Inibi in proximo in vetusto, & obliterato tumulo.

221 Partenopeus hic jac..... quem locum sibi, &
 post..... par..... M. CC.....

Ad Claustrum initium hujus in sepulchro saxi rubri.

222 ULYXES PLEGAFETA.
 Jure Consultus sibi, & suis P. M. D. X.

Ibidem in proxima columna perystilii in quadrato lapide.

223 JO. BAPTISTÆ. PETROBELLO Pat. qui post mul-
 tos militares honores summis laudibus, & periculis ade-
 ptos, & perfunctos ex præsidio Regni CYPRI in Ita-
 liam rediens non longè à Lisso Dalmatię urbe vitam fini-
 vit. Die xvii. Sept. M. D. Lviij. Fr. Marinus unicus fil. P. C.

Cum Episco-
 pus, Tridenti-
 nus, et popu-
 lus se subje-
 cisset dominio
 Paduæ anno
 1278. Mar-
 silius Partit-
 nopæus per
 Paduanos
 missus est
 Potestas, ex
 quo ortum
 est bellum
 maximum
 inter Padua-
 nos, et Ve-
 ronenses; ad
 anno 1297.
 Tridentina



Humi

Civitas sub-
lata est à do-
minio Paduae
Ex Cronich.
Monachi
Pad. fol. 48.

224 Humi tumulus albi marmoris absque titulo .

Ab hoc non multum distans sepulchrum saxi rubri .
225 Hæc est sepultura Dñi Guidonis de Cardinalibus de
Pisauro, filiorum, & hæredum suorum .

In pariete Arca antiqua è saxo rubro imagine B.
226 V. & stemmate signata, in cujus coronide .

*Fam requies spectata diu clarissima venit,
Ossaque jam fessa terris sunt marmore pressa .
Præclarus genere hic vir SANGUINACIUS erat
Virtutibus plenus, & nomine BARTOLOMÆUS .
Vixit in hoc Mundo, animoq; & corpore mundo .*

227 Ab hac non longè Arca altera sine inscriptione .

Humi sepulchrum cum imagine militis armati .
228 Sepultura prudentis Viri Dñi ANTONII de VIGA-
TULO (fortè Vighizolo) & suorum hæredum .

229 Sepulchrum Domini Nicolai de Villa q. Domini
Vicini de contrata Domi . Anno M. CCC. XIII.

Ad parietem à parte septentrionali sepultura supra quatuor
Columnas cum statua militis in prælium procurrentis .

Americus
de Tadis ac-
cusatus, quod
secretè ageret
cum Bonello
Judice de
prudenda Ve-
netis Civitate,
iussu Accioli-
ni post dira
tormenta cu
eodem in foro
obtruncatur
anno 1150.
Rolandi.

230 JOANNIS TADI J. C.

*Virginis à partu complebant festa Lucia
Lustra ducenta novem, ter, tria, dena quater .
Cum genitum TADO rapuit mors atra JOANNEM,
A legum cathedris, militiaq; gradu .
Hic tenet ossa silex, animam sublimia Cæli,
Candida Letheæ fama repugnat aqua .*

Ibi propè in pariete tabula lapidea sub Arca marmorea .

231 CILIOLI DE ROSOLINIS.

*Indolis egregie Ciliolus de Rosolinis
Ævo qui longo viuere posset, erat .*

Si pro-

Inscriptiones Urbis Patavinae.

83

*Si probitas animi, morum, vel gloria fandi
Protegerat corpus, spes levis inseriit.
Dumq; sacras leges, civilia juraq; sudat,
Jam propium palmæ, Mors rapuit juvenem.
Corpus in hoc saxo concluditur, astra beatam
Accipiunt Animam, fama volat populo.
Qui legis hac juvenis, ne fidas flore juvenia
Huc diem subito speratum Morte furente.
M. CCC. LXXII. Die XXIX. Martii.
Laudabiliter requievit, Amen.*

In columnæ medio lapis muro affixus.

MATTHEIRONCALITRIL

- 232 *Mirus Aristoteles superandus, & Galieni
Interpres Logica gloria victa jacet.
In cunctis Cathedra Patavis decus iste MATTHÆUS.
De RONCHALITRO, Phabus in Urbe nitens.
Cum tribus assumptis volitabant mille trecensi.
In Maji nonis concidit Urbis honos.*

Prope portam cenobii Arca antiqua in pariete, in cujus fronte.
233 *Hic jacet Dominus HENRICUS de RAVASINIS
Doctor Legum, & Domina Ingentina Uxor ejus.*

Humi in hac Claustris parte olim cernebatur Cenotaphium.
234 *MUTIO ABRIANO Viro charifs. Hostili ferro, &
ante diem raptò, Filioque Marco dulcifs. Magdalena
Uxor, & Mater multis non sine lacrymis posuit. Vixit
An. xxxvi. Ob. à Christi Nativit. An. M. D. xxxvi.*

235 *M. CCC. LXXI. Die ultima Septembris.
Hic jacet Nobilis Miles Dominus JOHANNES de
MANFREDIS de Regio.*

*Manfredorum
domus (Au-
ctore Jo. de
Nono) olim
erat, ubi nunc
est Curia Præ-
torii. De qua
suo loco.*

236 *Hic sepulchrum jacet Franciscus q. Bartholomæi de
ROMA, Bergomesis. M. CCC. LXXXIX.*

237 Hoc Monumentum est Hotoneli CAMPSORIS,
quondam Domini Nicolai, & suorum heredum.

In sepulchro penè confracto legitur.

238 Sepultura Dñi Viviani Longi, & Magistri Ant. Not.
& Specia. . . ejus Nepotis, de Contrata Sancti Clementis,
suorumque hæred. Ob. Die xii. Jun. An. M. CC. xcii.

239 JOANNI HIERONYMO GRANDIS Pat. Statua-
rio eximio variaque cælatura Auri, Argenti Gemma-
rum, Ærisq; præstantissimo Vincentius patruus iisdem
Artibus insignis, in senectute superstes mœstis. pos.

*Hic situs est, fuso, qui semper prestavit ære
Vincere qui potuit marmore Praxitelem.*

*Nomine GRANDIS erat, factis sed grandior ipsis,
Eois fama notus, & Hesperiiis.*

Vix. ann. LII. Obiit die xxii. Martii. M. D. LX.

*Non longè ab Arca Joannis Forzate ad aquilonem in urna marmo-
rea sublimi loco posita.*

240 Dominus JAMBONINUS de GAZO Cremonen-
sis, Doctor Parisiensis scientiæ Medicinæ, est hic supe-
rius, & sui hic inferius.

Humi sepulchrum saxi rubri cum imagine Doctoris.

241 JOANINO CORADINO Veneto optimo Viro, ac
Physico Doctissimo, ejusque posteris, Vixit An. XLiii.
Obiit Ann. Christi M. CCCC. xvi. vii. K. Sept.

*In hoc sepulchro condebantur, qui Familie Quarantotto,
sed hodie extat monumentum propè S. Caroli.*

242 D. O. M. MICHAELI QUARANTOTTO
Patavino Jur. Con. in Pat. Gymnasio Lect. Ordin. Frã-
tri Am. Camillus Juris Cons. & Eques sibi, & posteris P.
Vixit An. LVii. Mens. iv. Anno Dom. M. D. xcvi.

acti res

i j

Juxta est

*Supra hoc
Monumentu
extabat sta-
tua fidei
Antonii Ga-
zii Philofopi,
et Medici Cla-
riss. qui post-
quam diu pe-
regit profe-
ctus, & per
diversa Gym-
nasia vagatus
in Patriam
reversus, cū
non invenit
set eam occlu-
sam, ut ipse
reliquerat
sed patefactā,
& manu e-
niam manā,
& monachis ira,*

*Juxta est sepulchrum Castellorum olim sine titulo,
hodie restauratum.*

243 Joanni Castellano Abavo, qui obiit M. CCC. XXXIX. & aliorum majorum suorum felici memoriae Laurentius Doct. & M. Ant. Castellani gentilitium sepulchrum restauravere. M. D. LXXXII.

*His ex testa-
mento caris
ne ibi apud
eam statuant
sepeliretur,
sed in Basili-
ca S. Fran-
cisci. Obiit.
1528. III.
Nonas No-
vembriis.
Scardoon;*

*Non longe visitur sepulchrum Lanciloti, qui amicus fuit
Cl. Vatis Franc. Ferrarche, ut in Lib. 7.
Epist. suarum. Epist. 13.*

244 Hic jacet Nobilis, Strenuus Miles, Dñs LANCILOTUS de ANGHOSCIOLIS de Placentia. Qui obiit Anno à Nat. Domini Nostri Jesu Christi M. CCC. LXIV. prima Die Septemb. cujus anima requiescat in pace.

245 Sepultura TERENTII dicti TERENCELLI
A Lignamine de Parma, & suorum hæred.

*In eodem loco spectatur sepulchrum duabus Inscriptionibus,
hec antiqua prima.*

246 Hic jacet sapiens Vir Dominus SIMEON Judex quondam Domini Ugolini de Heste cum suis hæredibus Qui obiit in M. CCC. ... Indiæ. XII.

Altera recens.
247 SIMEONI ATESTINO, Judici Progenitori suo, meritorum suorum non inmemor Gaspar Atestinus Gabrielis instaurari jussit. M. D. XVII.

248 Sub imagine Doctoris.
*Hic legitur legum BARICVS Doctor Honoris,
De lingua Vacca, mente micante, Polis.*

Sepulchri alterius literæ delictæ ob pedum contritum sunt;

Questæ

Jacobus Tabaccus, et Jo-
anna eius u-
xor multa
beneficia con-
tulerunt in
hoc cœnobium
anno 1422.
anno deinde
1430. etiam
varias ligne-
as Templi
versus orientem facien-
das curarunt.

249 Questa Sepultura si è di sier GIACOMO da BIBOL-
LA de Luluxana dito TABACHO Nochiero, e de Don-
na Zoanna sua Mòjere, e de soi heredi 1428. Maji 19.

250 In ambitu Sepulchri è saxo rubro.

Filius ALBERTI PICEGOT A stirpe creatus

Dum

Moribus, ac rebus, & multo dogmate plenus

Occidit

Bononiensis erat Gujelmus Jure peritus.

In medio Capitulo sepulchrum fractum.

251 Anno Domini M. CCC. LVII. Indictione x. Die
Mercurii XI. Octob. Hic jacet NASCIMBENE, quon-
dam Domini Machagnini de Grompo.

Ubertinus ex
bac gente ele-
ctus est pri-
mus Prator
Anoalis op-
pidi Tarnisti-
mianno 1381.
quo illud à
Venetis ad
Carrarienses
defecerat quia
strenuè se-
gesserat.

252 JACOBI GROMPI.

Hic situs est Grompus raptus juvenilibus annis

Quo fuit Euganea nullus in urbe prior.

Moribus, ingenio, forma prastantior alter

Non erat, hostiles nunc rapuere manus.

Extra Capitulum sepulchrum pene constractum.

253 S. AZONIS filii quondam Domini Francisci de
Safolinis de Bononia legum Doctoris.

254 Hæc est Sepultura Domini DOMINICI Judicis
de Acopatis (fortè Agropatis) & suorum hæredum,
qui migravit ad Dominum M. CC. XXVI. Indict. V.
die Dominico tertio Mensis Augusti, ejus Anima re-
quiescat in pace, Amen. Hoc est antiquius sepulchrum in
hoc Templo.

Alterum cum imagine Doctoris quiescentis.

255 Hic jacet Dominus Andreas de NOCTULA
de Baro.

In tabula

256 In tabula lapidea in pariete propè ostium Exedrae.

Quem Mediolanum genuit virtutibus altis

Artibus hic Doctor Parisiensis erat

De Lacurate satus STEPHANO probitate corusco

Srenuus in morum Lampade, pervigili.

Inferiore loco generi FRANCISCE locum das

Debita cum volui Mors petet atra sibi.

Sedibus Elysiis proles, ut tota locetur

Dominus lector supplex vocibus adde preces.

✠ M.CCC.LXXVI.Die XVI. Februarii. ✠

*In eadem tabula insculpti visuntur DD. Dominicus, &
Thomas Aquinas, & in medio Francisci stemmata.*

Ibidem rubrum marmor Humi.

257 Hic Er. L. M. ætn. in quo expectabit

CAROLUS ZENUS Vir opt. cum suis, Judicii horam

xvii. Kal. Jan. M. D. LI.

258 Hoc est sepulchrum FEBI filii Nobilis Viri Matthei
de BUZZACHARINIS, qui migravit de hac luce
Ann. Dñi M. CCC. LXIX. Die Veneris Mensis Jun.

In extremo peristyllo tria monumenta.

259 M. CCC. LXXXIII. Die Lunæ Mensis Decembris.

Hæc est Sepultura Jacobi muzaquatro Negociatoris,
filii Domini Philippi de Cavolis de Montefilice, &
suorum hæredum, requiescant in pace.

260 Sepulchrum FULCI de CANDOL..... quondam
Ser Ame de Cando de Padua, & suorum hæredum
M. CCC. XXXIV.

261 Joanni Baptistæ Maroffica, Justinæque coniugi
dilectiss. ac liberis dicatum, donec Deum in carne
videbunt. M. D. XXXVIII, Pridie Kal. Maji.

Ibidem

Ibidem versus Orientem propè fores in tabula lapidea in pariete .
 262 M. CD. LXXIV. Die sexto Mensis Februarii.

*Flore juvenutis poterat dum dextra moveri
 Nobilitate probus meruit NICOLAUS haberi
 De DOCTIS genitus, cujus pars vilior hic est
 Pars melior Cælis aterna pace locata est .*

263 Hic jacet JACOBUS filius q. Bernardi GIGI de Florentia, qui obiit anno Domini Millesimo CCC. LXIII. Die Veneris xiv. Julii, Cujus anima requiescat in pace .

*Artusius ex
 hac familia,
 qui An. 1183.
 gloriose Civi-
 tatem rexerat
 impiè ab Ac-
 ciolino in pub-
 lico capitali
 supplicio est
 ereptus. Mæ-
 fredus anno
 1310. à Pa-
 vinnis Prætor
 Vincentie mit-
 titur. Horum
 magnæ, et spa-
 riosæ domus,
 qua intra Po-
 rem Atinatis
 spectabantur
 à tyratio fun-
 ditus eversa
 sunt. Eodem
 anno Gumb-
 bertus Artu-
 finus, et Uber-
 tellus filii Ja-
 cobi obrucan-
 tur. Vide In-
 script. Agri
 Pat. fol. 291.*

264 M. CCC. LXIX. Die XII. Januarii,
 Sepulchrum Viri Nobilis UBERTI DALESMA-
 NIS filii olim Domini marini Dalesmaninis.

Ibidem ad meridiem hujus .

265 Ann. D. M. CCC. XLVIII. Die xxvii. Julii .
 Hic S. Nobilis Vir NICOLAUS ALTAMI de BRU-
 NA Marchionatus Moraviæ Magister Cameræ Domini
 Joannis Ducis Carinthiæ, & Comitum Thiroliis, & Go-
 ritziæ jacet, cujus anima requiescat in pace .

266 Sepultura SYMEONIS A' STATUTIS, & suorum
 hæredum facta An. M. CCC. LVII. de Mense Julii .

267 Hoc in Sepulchro jacet MINUS MARCHESIUS
 de SONCINO, qui etiam pro Ux. filiis, Nepotibus, ac
 denique hæredibus hoc Monumentum pos.
 Obiit anno Domini M. D. V.
 Die XXIX. Novemb.

268 Millesimo CCC. LXVII. Indiæ. IV. Die Sabbati
 xxiv. Januarii Sepultura Domini FRANCESCHINI
 quondam Domini Martini de Gecis de Ravenna .
 269 LUDQ.

269 LUDOVICO SANDRO Orosiano Musarum Alu-
mno B. M. Qui obiit vi. Id. Mart. M. D. I. Rosa Uxor
sibiq; & Post. V. P.

270 Anno Domini M. CCC. LXXI. Die XII. Junii
Sepultura Nobilis Viri ANDREÆ de BARGATIA
de Bononia, & Luchini filii sui, ejusque hæredum,
Refecta An. Dom. M. CCCC. LXX.

*Extra Clausuram sub dio à parte Septentrionali
duo Sepulchra pene confracta.*

271 M. CD. V. Die nono Julii. Hic Corpus Venerabilis
Viri Dñi Præsb. JACOBI, Rectoris olim Ecclesiæ San-
ctæ Mariæ Aggeris Sacci, jacet sub hoc marmore.

272 Hic jacet Nobilis Vir NICOLA.....,
.....etri Dñi Pauli de Gracia....
de Peruxio frater cons.....
Domini Cardinalis Peruxini, Qu.....
.....CCC. LXXXVII.
Die XX.....

In Lavatorio Cenobii ingens lapis, cujus in ambitu legitur.

273 Hic jacet Nobilis Vir STEPHANUS de Giernenich
de Alemania Bassa, qui obiit An. D. M. CCC. Lxxx. Die
x. Mens. Sept. cujus anima requiescat in pace. Amen.

Alie inscriptiones, que habentur in fragmentis.

274 Sepulchrum Nobilis Militis Domini
DANIELIS de NAVARIA.
Ann. Domini M. CCC. LXXXI.

275 NICOLAI PLEBEI.
Ut tibi viventi Dominus tua crimina parcat,
Pro de Plebe roga Nicolao Judice quondam.

M

Sepulch

276

Sepulchrum contractum sub imagine Doctōris . . .

PAULI TITULI.

De titulo: Judex jacer hoc sub marmore Pauli:

Juris ap̄ox, Urbis consiliumque sua.

Quem virtute virum nostro Deus extulit Orbe;

Præbuit at Cælo ritus meliore fruct.

Obiit autem die 22. Mart. Anno. 1325.

*Montana
no Poetabac
Scard. fol.*

. . . Montanarii . . . tumulus, & hered. . . qui . . .

234. ex hujus
Famil. fuisse
legimus Pa-
et Montanar.
qui cum esset
Præfekt. Cam-
p̄i S. Petri, et
inſtimulatus
fuisset, occidit
agere cum
quibusdā Vi-
centinis de-
proſtenda Ve-
ronenſibus Vi-
centia, qua
tunc Patav.
Reipublicæ pa-
rebat; exilio,
& bonorum 27
publicatione
multatus est.
Anno 1273.

Erant præterea alia multa sepulchra in primo Claustro, & alibi, quæ vetustate ipsa contracta modo cernuntur, vel in scalis Dormitorii, vel in alios usus (sacros tamen) translata. Utinam verò licuisset mihi eorum inscriptiones saltem extēribere, ut sepulcorum in Cæmeteriis nostris recolenda memoria apud posterōs, pervenire possit.

Idem infortunium passa sunt Cæmeteria reliqua, tum sœcularium, tum Regularium Ecclesiarum, quemadmodum de Cæmeterio S. Antonii Paradiso p̄ſto queritur. Valerius Polydorus lib. Relig. memor. di S. Antonii apud Toynal. fol. 270. apud quem hæc leges.

In Cæmeterio olim Paradiso magnificis sepulchris pleno ab injuria Fratrum superſunt adhuc pauci tumuli lapidibus, & columnis exiti Polydorus recenset.

In ipſo Capitulo sub pieta imagine Episcopi

7 Fr. JOANNES SABELLUS Ord. Præd. HONORARIUS PAPÆ IV. Germanus Anno M. CC. XCV. unicus è Cænobitis Episc. Patavin. Inde An. M. CC. XCVIII. ad Episc. Bononiensem translatus moritur an. M. ccc. i.

278 *pi Ascua ablatorii ex specioso mar more rubri coloris . . .*
Diligentia Fratris Joseph Gandini Converteri. 1686.

*In ingressu à Capitulo ad locum sacre suppellectilis custodiende
hoc anno jubilei M. DCC. extractum subitus scalas
frustum lapidis in pariete . . .*

279 **MAG. ALOYSIUS CORADINUS**

Erone

Extra portam Capituli ad Aquilonem in tabella marmorea.

280 Hieronymo Herculano Ord. Præd. Sacr. Theol. Mag. lit. patriæ Doct. Collegii moribus integro, ingenio multiscio, vitæ exemplis non minus, quam libris edicis claro, quorum purissimis lectionibus oblectata Eleonora Augusta dignitates ipsi non semel renuenti, & munera largissime obtulit. Lætus, & felix obiit ad superos, ut quem tantum concupierat Christum æternum possideret. Anno M. DC. LVII. Die 12. Febr. Etatis sue LIII. Thomas Herculani S. T. D. Canon. Aquilejens. Publicæ Patav. Bibliothecæ Præf. Fratri amatiss. P. Fr. Jacobo Salomoni Cynobii jam secundò Priore suædem. Anno 1686.

Extra Capitulum in Horto ad meridiem, lapis Anno 1686 effossus, & ibi muro affixus.

Il molto Reverendo Padre Maestro Frà SANTO MARIÀLES Veneto Provinciale della Provincia di S. DOMENICO, & REGENTE di Padova figliolo di questo Convento non nativo, mà d'Affetto; l'anno 1618 restaurò il Noviziato, & Capitolo posto sotto d'esso, facendo la muraglia della Corte de' Novizzi, lavatorio, pozzo, scala, la meza luna, & poner le colonne in detto Capitolo, & anco donò un paramento alla Sacristia. Si preghi Nostro Signore per lui. L'Anno poi 1658. il Padre Giacomo Salomane figliolo adottivo di questo Convento all'hora Lettore di Filosofia fece aprir le fenestre, che corrispondono all'horto, e remodernare quelle del Chiostro, & la Porta; poi nell'anno 1687. essendo Priore fece aprir li fori del Transito per il quale dalla Sacristia per il Capitolo si passa in Convento.

In medio Transitus ad dormitorium super officium.

281 **HABITATIO NOVITIUM.**

Locus hic, ubi Novitii à cæteris sejuncti vivunt, constructus est anno 1354. post incendium, quo Sacrarium, Dormitorium, Bibliotheca, & alia loca antiqui monasterii Anno 1332. conflagrarunt. Pro hujus loci fabrica multum pecuniarum clarissus est Nob. Vir Dominus Nascimbene Grompus, qui jacet in medio Capitulo sub albo lapide. Habitavere deinde locum hæc studentes in Sacra Theologia, & Patres graviores, a que

M 2

in prima

in prima Cellula, ubi modo est caminus ignis, jamdiu mansisse Magistrum Franciscum de Neritono Publicum Metaphysicum annales nostri referunt.

INSCRIPTIONES INTRA COENOBIIUM

olim in parte Aquilonari in pariete ubi nunc Grammatophylacium, seu tabularium Conventus in lapide, qui hodie non extat.

282 Pridie Nonas Novembris Obitus Dñi Ubertini de Vado Patris Dominae Agnetis de Carraria, à qua multa bona habuimus. Gratitude ergo P.P. Anno M C C X V I I.

Nulla antiquior memoria in hoc Conventu. Confirmato enim ordine ab HONORIO III. SUMMO PONTIFICE Anno M C C X V I. qui jam anno M C C I I I. sub INNOCENTIO TERTIO PONT. MAX. cepit. Anno immediatè sequenti summo omnium Civium Patavinorum consensu Fratres nostri Patavium vocati, & benignè recepti sunt.

Ibi propè in lavacro supra ostium januae interioris in rudi lapide.

283 Sac. Theolog. Magist. Fr. Gabriel de Rhedois Patavinus lavacrum hoc, à Religionem concessis sumptibus F. C. Anno Redempti Orbis. M. D. LXXXVI.

Basilicam, ann. 1232. Jacobus Coradus Episc. Pat. presentibus Jacobo, et Odone Sedis Apost. Legatis, consecravit, et Alex. IV. precibus Magistri Adobrandini eo tempore Cōv. Priores Privilegiis au-

Extabat olim hac in parte Cenobii parva basilica S. Mariae Vallis viridis nuncupata (quod loca hæc ferè inhospita, & vallibus, & paludibus circumdata erant) Eam cum duabus cellulis adjacentibus, & spatium unius campi cum dimidio anno 1217. à Jordano Episcopo Patav. Republicæ Patavinæ Senatu instante Fratribus Amizzo de Soloja, & Guidoni Ordinis Prædicatorum, ad hanc Civitatem à Beato Dominico directis, ad commorandum, ad rem sacræ faciendam, cæteraque divini officia persolvenda concessa sunt; fuerunt autem hi fratres primo ab Ubertino de Vado Nob. & piff. Viro benignè suscepti, & per aliquot dies in domo sua perhumaniter nutriti. His deinceps anno 1226. Gerardus, & Joannes F.F. de Vado Nobiliss. ac Potentiss. Cives Christiana Charitate accessi, defuncto Ubertino, omnia alia loca. (Excipe illam partem è regione Sacelli maximi; qua F.F. à Bonifacio Carraticensi Canon. Patav. anno 1231. donati sunt) & ubi nunc templum constructum est, & ubi hortus magnus conventus, & Cæmeterium, insigni liberalitate concesserunt; erat autem magna illorum

Pars

partis Dainysii Vadi Canon. Patav. corum Fratris. Ceperunt
 mox Religiosi Fratres, & ubi nunc est locus Novitiorum, & Custo-
 dis horti habitatio, novum Cœnobium ædificare; quod fabri-
 cis, atque circuitu Frater Guido, qui anno 1226. Cœnobio præ-
 fuit, auxit; amplificavit deinde, & ornavit Magister Homo-
 Bonus Patav. anno 1388. eo tempore Prior.

Guidonem, et
 Martinum
 Priorem Vene-
 tiam Aucto-
 res ædificii
 magnifici Te-
 pli existisse, æ-
 nales referunt

*E' regione Cellevaria in antiquis Fabricis, quæ multa
 adhuc extant sub imagine B. V.*

284 M. CCC. xxxii. Frater Jacobus de Ponte Cur-
 vo hoc opus fieri fecit, & pingi curavit.

Ex hac inscriptione conjicimus hoc in loco existisse Basilicam
 Divæ Mariæ à Valle Viridi, tuncque eam partem Fabricæ abso-
 lutam post incendium antiqui Conventus.

*Intra ipsam Cellam Vinariam super ostium janue
 interioris in rudi lapide.*

285 Pavimentum stratum hujus Cellæ vinariæ magnæ,
 ac parvæ, cum sedilibus lateritiis universis E. F. R.
 E. Frater Gabriel Rhedoi Patav. Sac. Theolog. Ma-
 gistr. hujus Conventus Alumnus expensis à Religio-
 ne concessis, alios ad altiora benef. Conv. Exhibenda,
 tabella hac provocans An. Dñi M. D. Lxxxvii.

*In novo peristylio, quod claustrum vocant super quatuor
 lapides epistiles.*

286 M. CD. Lxxxix. Die IV. Oct.

Hoc enim anno cęptæ sunt novi Monasterii Fabricæ ex
 quibusdam pecuniis Magistri Francisci Neritonii publicè Metaphy-
 sicam profitentis, qui eodem Anno obiit.

In media Testudine Tonstrina in parvo lapide.

287 M. D. VI. Patre Magistro Benedicto Utineo.

Hoc in Anno 1331. Bartholomæus Capilistius Magister,
 & Cœnobii moderator Ære Cathariæ, & Aimæ ex Nobiliss.
 Carrariensium familia jam antea valetudinarium à fundamentis
 crexerat.

In superliminariis Cubiculis ad Orientem.

288 In Primo. Camera Reverendi P. Metaph. Publ.

In Secundo. Camera R. P. Theol. Publ.

In Ter-

In Tertio, HOSPITIUM, ET INFIRMORUM.

Hoc cubiculum
habitaſſe
Magiſt. Ni-
colaum Patav-
inum, qui
ſuſcepit in Cypro
Inſula Pro-
vincialis Ter-
re Sancte.

Hic enim cubiculo ipſonte ſe edificavit Hieronymus Herculanus Patav Mag. & Doctor Collegii, ut cederet tum hoſpitiū, tum ægrotorum commodo; quoque in loco olim Oratorium Divo Gallo Abbatii dicatum erat, cujus feſtum ſolemne olim celebrabatur ad Altare majus die XVI. Menſis Octobris: Oratorii fundamenta, ſe ſuis oculis viſiſſe ſcribit in ſuo Cron. *Valerius Muſchotta*, additque te legiſſe in quodam Diario Conventus Organum vetus anno 1414. die Julii 13. allatum ad D. Galli Sacellum.

Annales Ce-
nobii rele-
gunt.

*Olim in Cella, verſus meridiem, Fratris Deſiderii Lignaminei in-
ter ſuam, & Patruſi imagines ſæciles legebatur.*

289 F. Ant. Senior Pat. Rolandini fil. hanc cellam primus conſtruxit; quam poſtea à R. Mag. Jo. Bapt. Lignamineo Pat. in hanc meliorem formam redactam, Frater Deſiderius Lignamineus ejus nepos ex fratre, multis in locis pio ſtudio exornavit. Anno M. D. LIV.

Ibidem ſupra caminum ignis.

290 F. Deſiderius Lignamineus, ut igne lucetur hiems. F. C.

Supra Partem Horti.

Hortus eſt aliena voluptas, M. D. LIV.

*In medio poſtrema teſtudinis clauſtri ad Aquilonem in ea
parte, qua ad Euganeos vergit.*

291 PRIORE MAGISTRO LUDOVICO PAT. MDVII.

Hoc auctore, hæc pars Cœnobii ædificata fuit, ejuſque opera, & ſtudio Chirographa, & teſtamentorum tabulæ, quæ in Archivio ſervantur in unum collectæ, atque in uno volumine conſcriptæ ſunt.

*Hoc tempore ſunt extructa magna parte iuxta ſcalarum Cormisoreſi
aſcenſum, Inducant hæc à parte ipſius verſus Occidentem.*

292 REIPUB. ORNAMENTUM MAJORIBUS
FIDEM. M. D. VIII.

Ab altera parte verſus Orientem.

293 CONCORS SIT NOMINI VESTRO VITA;
M. D. VIII.

In pariete

In pariete dextro-januae, ubi Beati Joannis Scledi
 294 cognomento Vicentini Imago.
*Quisquis es a celis SCLEDUM venerare JOANNEM,
 Quem Domus haec gaudet progenerasse sibi.*

Is à B. Domi-
 nico in Ordi-
 nem admissus
 an. 1218. Jus-
 su Gregorii
 IX. una cum

E regione hujus ad pictam imaginem Beati Alb. Magni.
 295 *MAGNUS hic ALBERTUS Patavi augustissima proles,
 Cœnobii splendor, Palma, Corona, Decus.*

B. Jordano
 Forzite Prio-
 re S. Benedi-
 cti, accurate
 inquisivit de
 vita, & Mi-
 raculis S. An-

Supra ipsam portam sub imagine Sanctæ Mariæ Magdā-
 296 lenæ Regem Gallorum sic alloquentis.
*En Soboles germana mihi, sic MAGDALA REGI,
 Ossa, locumque mea trade colenda necis.
 M. DC. LXIX. Fr. Hieronymus Berte H; Pat.*

tonis antequā
 in albo Sari-
 elurū adscri-
 beretur. Cre-
 ditur hic Vir
 in tetrīs car-
 ceribus Ac-
 ciolini fame,
 & sctore cā-
 da verum pe-
 riisse.

In extrema parte Dormitorii inferioris (cujus nobile pavimen-
 tum anno 1692. Fr. DOMINICUS GRASSENI
 Pat. Doct. Collegiatus tunc Cœnobii moderator
 sternendum curavit) supra magnas fenestras.

Scribit enī
 Rol. lib. 7.

297 M. CCCC. LV.
 MAGISTRO BENEDICTO UTINEO.

Hic an. 1254.
 capri sunt

Ibidem paulo altius sub imagine Abb. JOACHIN Manu
 ostendentis Monachis suis effigiem Dñi Dominici, quam ipse
 p̄miserat in quodam Cœnobio sui ordinis in Calabria,
 multis annis ante ejus aduentum.

quamplures
 de Fratibus
 Predicatori-
 bus, et Mino-
 ribus, & in
 carceribus te-
 nebantur ubi
 cruci delicta
 mortui sunt.

298 Surget ordo docentium, & prædicantium cum ra-
 tili habitu; cum ergo fratres predicti ordinis ad vos per-
 venerint, eos cum charitate suscipite. Frater Jacobus
 Salomonius à Colonia Cretensi adopt. Pat. P. C. An. 1685.

P̄torem supra ostium cubiculi ad medium Dormitorii in lapide.
 299 Pater Magister M. Antonius Lucianus Vetus
 Prior, infirmorum & Hospitum commoditati dica-
 vit. M. D. XVII.

Ad Magnas Scalas Dormitorii.

Vir singulari
Sapientia om-
nifariam lan-
de celeberrimus Pulchellus

Metaphysica
mox etiam
Theol. in hac
Universitate
Professor, qui
Cenobium hoc
morum reli-
gione, insigni-
que doctrina
illustravit;
Bibliothecam
autem nostrā
libris suis sa-
pientissimis in
philosophia, et
Theologia mo-
numentis di-
tauit.

300 Has Scalas A. R. P. Magistr. NICOLAUS AR-
NU' Lotharingus publ. Metaphys. reformari, & orna-
ri fecit. Anno M. DC. LXXX.

In amplo Dormitorio superiori statim post ascensum sca-
larum, super ostium parvi cubiculi, quod B. Al-
bertum Magnum inhabitasse ferunt.

301

D. O. M.

Quam legis, ALBERTO Domus hęc fuit hospita MAGNO;

Parva quidem haud parvo, sed tamen ampla Viro.

Parvus erat, subiit parvę cum limine portę,

MAGNUS at exiguo sub lare factus erat.

Senferat hoc, dixitque superba Ratisbona MAGNUM

Hospitem in Hospitio dispare, PADUA, Colis,

Archisacerdotis mitram, magnoque PENATES

Accipe magna Ratis, sic Bona navis erit.

Post majora DEUS referans palatia Magne

Dixit habe Magni magna Theatra Poli,

Audiit & magni Propylęa petivit Olympi

Nam majore capi limine Magnus habet?

Pictam memoriam penę deletam Fr. Jacobus Salomonius Sac.
Theol. Magis. Doct. Colleg. & jam Tertio Regens marmoream
ponere Curavit. Anno M. DC. LXXXIV.

S A C R U M

DEO TER MAXIMO NUMINI.
ALBERTO TER MAGNO LUMINI.

Supra portam Bibliotheca magnis literis.

302

BEATUS VIR QUI
IN SAPIENTIA MORABITUR.

In basibus columnarum Janua.

303

Quid orium sine literis?
Vivi hominis Sepultura?

*Intus in medio Ornatiss. tabulati sub insignibus Religionis,
& Nob. Familia Barbobus de Soncino.*

- 304 Fr. Julius Barbobus à Soncino Patav. Theol. Tabulatum hoc Deo, Religioni, & studiosis omnibus dicavit. M. DC. V.

Subsellia quoque, quæ ipse inceperat (morte sublatus) ex bonis ab eo relictis quàm primùm perfecta sunt. Verùm Anno 1669. diruta sunt, atque pecunia, quam ELEONORA IMPERATRIX donaverat Patri Magistro Herculano, post ejus obitum ex ipsius voluntate restaurata est Bibliotheca eo, quo nunc aspicitur modo, cura, ac diligentia Patris Magistri Jacobi Salomonii impensa quingentorum ducatorum, nova, & exquisita librorum copia.

Super Ostium januæ interioris Bibliotheca.

- 305 FLAVIUS QUERENGUS Pojachi Comes, Canon. Patav. Pauli V. Greg. XV. Urb. VIII. intimus Cubicularius, non moriens testamento, sed raro exemplo, adhuc vivens, & vigens obtulit, dicavit selectam suam, & nobilem bibliothecam D. O. M. & familiæ nostræ S. DOMINICI.

Quod munus substantia præclarum, circumstantia temporis extraordinarium, nos Patres Dominicani pietate, & beneficentia pares, muneribusque certantes, quotidiano, atque perpetuo Missæ Sacrificio pro ejus tam vivi, quàm defuncti salute publico decreto libentissime compensamus.

Datum ex nostris sacris ~~Al~~libus D. AUGUSTINI.
Die xxviii. Mensis Augusti. An. M. DC. xxxix.

*In postremo Dormitorii cubiculo (unde olim erat introitus per
scalas antiqua fabrica Conventus) super ostium sub
Effigie Card. Cajetani legebatur.*

- 306 Fr. Thomas de Vio Cajetanus S. R. E. Presbyter Cardinalis fuit in hoc Collegio studens; Magister studentium, Baccalaureus, Regens, & in universitate Pub. Metaphysicus.

N

In hac

In hac eadem parte ultra Dormitorium ad Boream in antiquis Cœnobii Fabricis, ubi hodie horrea, & Penus Vestiaria erat jam pridem Bibliotheca, & locus Inquisitionis. Hoc enim Sanctæ Inquisitionis officium diu apud nos stetit; fueruntque multi ex nostris acerrimi Sanctæ Fidei Quasitores adversus hæreses, è quibus in annalibus Conventus hos paucos reperire liquit, quos & subjiçio.

*Præfuit huic
Cœnobio anno
1382. &
1391.*

Hi autem sunt; Fr. Joannes Baptista ex nobiliss. Familia de Titulo (hodie extincta.) Is ut enituit multarum virtutum splendore sub Urbano VI. Pont. Max. in hæreticos per multos annos strenuè Sanctissimæ Inquisitionis munus obtinuit, maximaque sui laude obivit.

Fuit huic Coævus insignis Theolog. Fr. Riccobonus Tarvisinus hæresum, & ipse antea in Patavina Diæcesi studiosissimus expugnator.

Fr. Polimas Civis Patavinus (de quo in Annalibus de die festo S. Thomæ Aquinatis, decreto Reipub. Patav. sub anno 1324. solemniter quotannis celebrando) hæc legimus, *Quidquid verò ad hoc attinet procuratum est, & constitutum Fr. Polimante Pat. Sacr. Theol. Profesi. tunc temporis accuratissimo Moderatore, & Sancti Officii Munus obeunte pro R. P. F. Simeone Regino ejusdem Ordinis Pat. & Vicent. Diæcesis Generali Inquire, ad quem ipso anno 1325. die quarta Martii literæ super Canonizatione S. Thomæ missæ fuere ab Hereticorum Censore Veneto eruditiss. Viro Fr. Corado, quas Marcus Clugiensis Dominicanus transcripsit in verbum. De eodem Polimante adhuc hæc legimus. Atque hæc de gravissimo, & eruditissimo Viro F. Polimante olim presidente Patavini Cœnobii, Collegaque in S. S. Inquisitionis munere sub JOANNE XXII. PONTIFICE MAX. egregii Viri Simeonis Regini, qui pro Dei Ecclesiæ Catholica longos labores impendit.*

Fr. Andreas à Saxo Civis Pat. sub eodem Joanne XXII Hæreticæ pravitatis factus est Inquisitor non solum in Pat. sed etiam in Vicent. Diæcesi, quod munus summa cum laude, & per multos annos obtinuit; quo tempore non sine maximo vitæ discrimine in hæreticos animadvertisse dicitur.

*Fuit fidei
Catholicæ for-
tissimus de-
fensor, terque
in hoc Cœno-
bio est Præsi-
dētis partibus
functus.*

Fr. Joannes ex nobilissima Campi Samperiorum Familia, qui generis splendore, literarum peritia, morum probitate adeo longe, lateque suo ævo enituit, ut sub Eugenio IV. Summo Antistite S. S. Inquisitionis munus ei injunctum, & creditum fuerit, Ob. die 25. Maii. M. CD. LXVI.

Fr. Matthæus Civis Patavinus Vir omnium disciplinarum cultiss. cui cum ad gravissima negotia pertractanda, atque peragenda idoneus videretur, PIO II. PONTIFICE MAX. in tota diæcesi Patav. Sanctiss. Inquisitionis munus commissum fuit. Clausit extremum diem VI. April.

M. CCCC. XXIIC.

*Is non semel Cœnobio præfuit; multumque laborasse pro commo-
diūque nostrarum ornamento, annales referunt.*

Fr. J4

Fr. Jacobus ex nobilissima Civitate Valentia in Hispania cum esset vir doctiss. multoque consilio, & prudentia praeclitus, atque religiosissimus fidei defensor sub PAULO II. PONTIF. MAX. S. S. Inquisitionis munus contra Hæreticam pravitatem exercuit. Novissimus ex Præd. Ord. in Monasterio nostro, ubi sedes sancti Officii erat, id muneris obivit; nam Minoritis for an. à Natv. Christi M. CCCC. LXX. creatus fuit, in Diœcesi Patavina hæ partes injunctæ fuere.

Is dum studii Divinis in hoc Cœnobio vitam traduceret in numero filiorum ejusdem adscutus est. Extitit Prior Provinc. Gracia. Ter buic Monasterio honorificentissime præfuit; quibus honoribus mirifice perfun- ctus an. 1482. die 9. Martii, diem suum pie clausit.

307 *Ad magnas fenestras supra septem columnarum epistylis ad meridiem.*

M. CCCC. hujus Collegii Priore Mag. Benedicto Utineo constructum est.

Conspicitur imago prorsus viva hujus Venerandi Patris veri in descensu scalarum Dormitorii flexis genibus ante B. Virginem ibidem pictam cum hac inscriptione. O Virgo Benedicta ora Filium tuum Benedictum pro Filio tuo Benedicto Utinensi. M. D. V.

308 *In schola Theol. Studentum, in medio fornicis circum pictam D. Thomæ effigiem.*

Studentes hoc Capitulum suis impensis fieri curarunt. 1483

309 *Ad parietem ubi cathedra sub ejusdem S. Doct. imagine.*

Fulminat, illustrat, levat, angit sol stylus idem, Mors eademque malis, lectio vita bonis. 1682.

310 *Ibidem juxta Coronidem ornatus ex afferibus nuceis affabrè elaborati.*

Ceptum an. MDCLXXVI. Mag. Jo. Benedict. Perazzo Vener. Baccal. Ord. & Proreg. Cornelio Bertini de Padua Baccal. Mag. Stud. 1677. Mag. Petro Bianchi de Tarvisio Reg. 1682. Magis. Jacobo Salomonio de Pad. jam tertio Regente, & Curia Episc. Pat. Theol. Jordano Jordani Pat. Baccal. Ord. & Publ. Profess. Rocco Fustinoni Venet. Baccal. Magist. Stud.

E Regione hujus.

311 R. A. l. Patris. Magif. Fr. Nicolai Arnù Lotharingi
publ. Me:aphyf. expenfis hæc pars confurgit Ann. 1682.

In quarta parte ad Orientem, ubi porta.

312 Ornamentum hoc P. P. & Stud. præcipuè impenfis
abfolvitur. An. M. DC. LXXXIII.

313 *Super Januam Cenaculi fub imagine Redemptoris.*
TU DAS ESCAM IN TEMPORE OPPORTUNO.

Intrus in media refudine.

314 Priore Mag. Julio de Barbobus à Soncino Pat. 1526.

Hoc enim
tempore hæc
pars Conven-
ans ufque ad
fcalas majo-
res Dormitorii
cum hofpicio
(fub cujus
fornice Tur-
riani infignia
fpectantur)
abfoluta efl.

315 *In Cella Camerata, ad quam tempore hyemali Fratres ad ignem
conveniunt in quadam columna Occidentem verfus, qua
hodie non extat.*

Joachino Turriano Venet. Generali. M. CCCC. XC.

316 *In parte interioris Coronidis Camini magnis literis.*
Priore R. P. Joanne Cafello Patav. Bacal.
M. D. LXXXII.

IN ÆDICULA S. PETRI MARTYRIS
IN COEMETERIO S. AUGUSTINI.

Ann. 1323 extructa cum S. hujus meritis, & precibus die 29.
April. in ejuſdem D. feſtivate recepit Pat. Urbs Cives fuos,
qui in exilium pulſi Scaligeri Veronæ Domini partibus faventes
multa Pat. Urbi damna, ac propè exitium intulerant. Ea pro-
pter à Pat. Republ. in Divorum Protectorum numerum adfcitus
eſt, & ſolemni decreto fancitum, ut eodem die quotannis ſo-
lemnis ad Eccleſiam S. Auguſtini Patrum Præd. proceſſio fieret.
Port. fol. 496. V. Inſcript. Agri Patav. f. 199.

In ſublîmi parte Ara.

D. Petro di Bartolamii Guardian M. DC. xv. reſtaurato.

Amſtædæ

Ante gradus Ara.

2 M. CGCC. LV. Die VIII. Mens. Augusti. Sepultura Francisci de Raivis Civis Paduæ de Contrata Sancti Joannis à Navibus.

3 L. D. O. & B. M. V. Monumentum fratribus congregationis Sanctissimæ Annunciatæ, & Sancti Petri Martyris paratum. Anno M. DC. LXVIII. V. Januarii.

4 Hic jacent ossa D. Franc. Bassani Patavini. Obiit VII. Junii Anno M. DC. IC.

5 D. O. M. Julius Bufonus Bombard. milit. Decurio hoc sepulchr. sibi, & posteris ex Testam. V. F. & Hæred. P. Obiit Anno Domini M. DC. XCIII. X. Cal. Junii.

Ad dextram introeuntibus altius in pariete ad meridiem in parvo lapide.

6 Adi 30. Decembre 1676. con decreto delli sottoscritti Magnifici Signori Deputati Attuali, & alle Chiese di questa Città, e consenso del Guardiano, e Banca di San Pietro Martire sono stati accettati in questa Chiesa li Fratelli della Congregazione della Santissima Nontiatà, li quali non hanno in essa Chiesa alcun jus, ragione, ne patrocinio, & volendo far novità à pregiudizio grande di questa scuola possino esser licentiati causa cognita da Magnifici Signori Deputati, ne mai in altro modo,

{
}

(

{
}

Scavini

Statim in ingressu ad dextram in pariete.

7 Angelo Scapino Medico Patavino insigni, moruget suavitare, & interioris artis, literaturæque præfagium nominis adepto, mors, aut sibi metuens, aut gloria, ne suas rationes turbaret, extremo decrevit ætatis suæ. Anno XXXV. V. Cal. Januarii. Aliensem, Familiæque diem custodi nominis saxo insculp
 Carolus Scapinus Pater reliquum filii vivam funus.
 Anno. D. M. DC. LXXXVII.

8 Respicens finem Carolus Scapinus Patavinus hoc sibi, posterisque suis tantum monumentum paravit letus. Franceschina ejus Uxor hic primo tumulata cæteros expectat. M. DC. LXXVII.

In ingressu ad levam in pariete.

9 Questa Veneranda Scuola di S. Pietro Martire hà il diretto d'una casa posta in Padova in contrà di San Clemente nelle staelarie sopra quale si scuode di livello lire 37. soldi 4. hora gode il suo pacifico possesso e ciò, per sentenze seguite in contradictorio giudizio in Padova, e Venetia à favore della Scuola. Paga al presente il Nobil Signor Conte Borrolamio Bartoli. Carlo Scapin fu assistente à questa pia opera; deve servire per memoria à posterì.
 Eretta Anno M. DC. LXXXVII.

Ex quodam antiquo Chronico. Petrus Prandis Patavisi filius magnum Palatium è regione Templi S. Joannis edificavit. Fuit hic statutorum Reformator anno 1281.

ÆDES SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ
 AD NAVES.

Templum hoc antiquissimum est. Olim Equitum Templariorum titulo prioratus insignitum; quibus à CLEM. V. supressis; Equitibus Rhodiens. seu Hierosolym. concessum est, annexumque commendæ S. Joannis. vulgò delli Furlani Venetiarum ejusdem ordinis. Equitibus.

Post Aram bumi in parvo lapide.

I Ossa ANGELÆ de LAZARA An. S. M. DC. LXXXV.
In medio

In medio Ecclesie sepulchrum sine titulo, cui prope
est alterum.

2 Hoc est sepulchrum Nobilis Viri Domini Fratris
PETRI de CENTONIBUS de Parma filii q. Domini
Martini, qui obiit in M. CCCC. XXXI. Die XXIV.
Mensis Aprilis.

3 ANTONIUS RIBALDUS Patavinus hoc sepulchrum
sibi, Uxori suæ Magdalenaë Dariaë, sororibus Ber-
nardinaë, & Mariaë ipsius, atque fororum descenden-
tibus condidit. M. D. xcvi.

XENOTROPHIUM SANCTI DANIELIS;

Intra portam Sancti Joannis; A' JOANNE
ABBACIO Archipresbytero Pata-
vino extructum.

Hujus substructiones magnæ adhuc videntur, & in quo non
solum hospitabantur Peregrini, sed & alimenta nancisceban-
tur; institutum, fundatum, & ditatum pietate Jo. ABBACII
Archipresbyteri Ecclesie Cathedralis; Hodie, hoc sicut & multa
alia Peregrinantium hospitia, ad privatos usus (verba sunt Scardeonii)
falso nomine Prioratus concessum est, & commendatum.

Extat adhuc veteris institutionis hoc Monumentum
in parvo lapide insculptum, & altius sub
Magna Porticu muro infixum.

Prudens, resplendens vir nobilitate JOANNES
Cujus virtutes crescunt, ut fontibus omnes:
Justitia rector, fatali lege coactus
Decessit, miseros terrenos liquit & ætus.
Abbatis dictus fuit Archipresbyter Urbis
Patavii cujus famam bene concinit orbis.
Hoc cenotaphium struxit Sancti Danielis
Expensis largus persistens mente fidelis.
Hospitibus dignis domus hac habitanda paratur,
Quæ devota Deo, Sancto Danieli dicatur.

IN ÆDE

Is constructus
jussit vivens
Sacellum ubi
erat olim ar-
ca S. Danielis
& ibi in me-
dio voluit se-
peliri sub
marmore esta-
bula, cum suo
nomine titulo
An. Natalis
Domini 1295;
sed pro novo
æboro specio-
sius constru-
endo Joannes
transportatus
est in coemete-
re Canonorum
sepulchrum;
& Sacellum
ipsum diru-
tum, & a
fundamentis
essum.

IN AEDE SANCTI PROSDOCIMI
Monialium Ordinis Sancti Benedicti.

Templum hoc, quod ad vetustissima tempora suam originem refert, anno 1256. simul cum Cœnobio suo magna ex parte dirutum est excitatis eodem in loco munitionibus, quæ impetum sustinerent Acciolini, à cujus tyrannide, Venetorum, & Romani Pontificis armis liberata Urbs, iterum armis ejus petebatur. Anno autem 1455. in nihilum penè redactum Cœnobium hoc, instauravit Antistitis Patavini Fantini Danduli industria; Justitiam enim Lazaram è Cœnobio Misericordiæ huc traductam Abbatissam constituit, quæ multis Virginibus eodem habitu indutis Cœnobii dignitatem jacentem erexit. Novum porrò Templum constructum est, & consecratum à Federico Cornelio Cardinali Episc. anno 1583. *Scard. fol. 121. Roland. lib. 10.*

Ante Aram Transfigurationis.

- 2 D. O. M. Benedictus de Benedictis Civis Patav. Vir optimus Medicorum nulli secundus de pauperibus æquè, ac de divitibus benemeritus senio Lxxxv. Anno confectus ingenti omnium dolore. Anno M. DC. LI. Mense Martii: die xviii. satis in benedictione cessit. Hic cineres; Deo animam Camillus Tanti Patris filius commendavit Anno 1652.

Ante Aram Beate Mariæ Virginis.

- 5 Sepulchrum hoc paratum pro JACOBO PEROTTIO Philosophiæ, & Sacræ Theolog. Doct. ac Rectore S. Petri Paduæ, suisq; amantissimis Daria matre, Matthæo jam defuncto, nunc hic sepulto Bartolo... quondam consanguinea Ann. Dñi 1661.

Ab hoc non procul in rubro marmore.

- 3 Majorum monumentum à Thomeo Com. Abriano duobus retrò sæculis olim conditum edaci annorum dente penè consumptum Mariæ Magdalenæ Fischerin ex Dominis Rempel Storffs, & Aundt. Thurn. conjugis lectiss. mixtos lacrymis cineres inferens Fabricius Abrianus Hectoris,

etoris, ac Nepotis filius suprema animo volvens sibi, & posteris instauratum voluit. An. Dom. 1670.

Ad dextram Ara Majoris latus bumi in lapide.

4 Hic jacet Joannes Franciscus à Leone Abbas S. Pauli de Valgo, qui obiit An. Dom. 1677. Die 17, Augusti.

Supra ostium Ecclesiae cum stemmate nobilium de Lazara.

5 Ara sum. Deo, sacroque PROSDOCIMO dedicata.

In Ecclesia in pariete.

6 Divæ Scholasticæ Virgini inclytæ ob sæpe probatam ejus patrocini virtutem D. Marcella Veneta hoc grati animi signum pro studio defert. Anno Dom. 1570.

7 Beatæ EUSTOCHIO PADUANÆ.
Jesus Maria.

D.O.M.

8 Hoc in loco sunt Lucretia Grana, & Adamas Coniuges Jacobi Palermi cum Laura ejus sorore, pro quibus perpetuum semel in anno sacrificium reliquit huic Monasterio, & hoc sigillum positum est: Curante Leonida Grana Monacha ejusdem Monasterii An. Dom. 1632.

9 Aloysius Cittadella sibi, & Prosdocimo Fratri
M. Pos. M. D. LXX.

10 Franciscus Colorno 1623.

11 Orate Deum pro Gaspare Benai Veneto.

12 Aloysio Carrerio Nob. Pat. cui non tantum immatura mors vitæ abstulit quantum excellens, & prope divinum ingenium gloriæ contulit, ut poemata ejus cunctis probatissima Laurea Philosophorum Ann. XIX. nato exhibitæ triste magnæ de se spei concitatae desiderium omni-

bus relictum testatur. Vixit An. XXIII. h. vi. eadem
fuit illi dies utriusque vitæ initium. Obiit XIII. Kal. Aug.
H. XX. M. DC. VI.

13 Petrus, & Dominicus fratres de Casale Majori sibi, &
posteris 1585.

14 SANGTO BELLINO Fratri Matthæus, & Jacobus si-
bi, & hæredibus P. 1606.

15 D. O. M. Sepulchrum Domus Clariæ instauratum 1605.

16 Hic jacent corpora D. Monial. S. Prosd. de Padua An.
Dñi 1558. die 9. mensis Novembris.

17 Aloysio Barocio Nob. Ven. Canonico Pat. à Clem. VIII.
Pontif. Max. Jaderensi Archiepisc. designato An. Dom.
1592. Ter. Non. Apr. Qui ejusdem anni sex. Non. Maij
ob. Patavii An. Æt. ejus XLII. Vincent. Baroc. frater
amantiss. C. C. C.

18 D. O. M. Hic in tempore morimur, ut in æternitate na-
scentur Jacobus Gallus Rector Carrariæ Paulæ Matri
optimæ, Isabellæ sorori carissimæ, & sibi An. Sal. 1627.

19 P. B. M. D. LIII.

20 MDCXXI. ossa Camilli Fortezza Civis Patavini.

21 Joanni pientissimo, qui adiacentem aram dote attribu-
ta Adrianæ sor. carissimæ illius coniugi Justina

Consecratio Ecclesiæ novæ anno 1570. à fundamentis erecta .

22 FEDERICUS CORNELIUS Episcopus Pat. hanc
Ædem in honorem D. Prosdocimi, & Altare majus con-
secravit Marcella Veneta Abbatissa petente 1583. Die
ultimo Mensis Maii.

ÆDES

ÆDES SANCTI BENEDICTI VESTALIIUM.

Hujus Cœnobii, in quo conjunctæ habitationes, & claustra erant Monialium, & Monachorum, quibus communis erat Ecclesia, & bona temporalia, fuit Fundator Prior, & Abbas BEATUS JORDANUS FORZATE' seu CAPILISTIUS, anno 1195. post ejus obitum ex Mandato SUMMI PONTIF. ab Episc. Pat. Vicent. & Adriensi ad id destinatis, secta in equalis partes fuere bona, data parte Monialibus unacum tota Ecclesia, & Monasterio, altera verò parte Monachis, qui non procul cepere novam Ecclesiam, & Cœnobium extruere sub Titulo S. BENEDICTI NOVELLI anno 1262. *Ongar. p. 2. Caput. lib. 2.*

Secus Aram S. Benedicti in pulchro Marmore.

- 1 D. C. Laura de Com. Mediabarba Uxori amantiss.
D. idem Laura Vidua Nuro dilectiss. una serè ad
Coelum translatis Com. Antonius Municausa Anten-
piensis Maritus, & Socer, ut simul acquiescerent, si-
itâ vixerunt, sibi, suisque heredibus hoc in amoris pi-
gnus Monum. P. C. Anno M. DC. LXXXI.

- 2 *In fragmento lapidis.* D. Testa. Cadavera. Fratr. 1511.

- 3 D. O. M. Monasterium Virginum D. Benedicti ve-
rustate penè consumptum R. S. Elisabetha Plega-
setta Abbatissa B. M. post Annos natalium suorum
LXIII. & adeptâ Abbatissæ muneris XXVIII. summo
sororum omnium commodo, & aliorum laudè in am-
pliolem formam construi, & absolvi curavit.

Sub Icone Sancti Benedicti.

- 4 Ven. in Christo Matri Nob. D. Bartholomæe ex an-
tiqua familia Campi Sancti Petri D. G. Monialium S.
Benedicti Abbatissa anno Abb. suæ XL. ab Incarnat.
verò Salutis M. CCCC. Lxxxx. inter alia beneficia
hoc capitulum, & claustrum sibi, & sororibus edificavit.

- 5 Altare DIVO BENEDICTO dicatum Gaspar de Jacobatis medicinæ professor annos natus Lxv. concedentibus hujus Ecclesiæ Monialibus proprio ære obtinuit, doravit, atque elegantiore cultu exornavit, supermumque meditans diem hoc sibi, & Adamantæ bucinatæ lectissimæ Conjugi solis exuendæ mortalitatis juxta aram conditorium præparavit Anno Salutis .
M. DG. LV.

- 6 Prope aram S. Caroli Flumi. Anno Domini M. DC. Lxxv.

Supra Canobii Ostium.

- 7 Nobilis Domina Dña ANNA BUZZACHARENA de Buzzacharenis de Padua Dei gratiæ Abbatiſſa Monasterii Monialium Sancti Benedicti fecit fieri hoc opus M. CCC. Lxvii. Indiçt. vi. die Sabbati xxix. Jan.

- 8 JORDANI FORZATEI ABBATIS.

*Tu JORDANUS eras generosa ex Stirpe creatus
FORZATEA meritis, quem nostra tulere beatum
Sacula: fecisti hæc duo templa Sacri BENEDICTI
Rexistique Abbas, tuæque istic ossa coluntur.*

Obiit Anno M. CC. LXVIII. VII. Idus Augusti.

Hodie non extat, sed ossibus in recentem Aram ipsius nomini dicatam translatis hoc monumentum adscribitur.

B. JORDANUS A.

*Corrigenda in
scriptio quia
anno 1262.
post ejus mortem
adificatum fuit
Templum S. Benedicti
Novi.*

Supra Ostium Sacraris.

- 9 ANNE BUZZACHARINÆ.

*Hoc inmulata jacet busto venerabilis Anna
Egregio P. ATHARO sata milite BUZZACARINO,
Qua fuit istius prudens, justissima, solers
Abbatiſſa loci, peragens docta virago
Norma pudicitia, fulgens exemplar honesti.
Adjutrix inopum, virtuti semper amica.
Ipsa quater denis, ac uno præfuit annis*

Eluic

- Huic sano cunctis moderatrix, grata sacerdos.
 Nam rexit Monachus tam justè, tamque benignè
 Quod sua perpetuo bonitas recitabitur ævo,
 Jura Monasterii, proventus auxit, & aram
 Hanc struxit; nec non reparavit prædia multa
 In quo tot fuerant probitates, corpus obruit.
 At sua mens supera fruitur beatissima luce.

- 10 *Humi.* Hic jacet generosa, & spectabilis Domina
 Anna olim recolendæ memoriæ nata spectabilis, atque
 generosi Militis Domini Patavi de Buzzacharinis Dei
 gratia Abbatissa Sancti Benedicti de Padua. Obiit Anno
 Domini M. CCC. XCVIII. die Mercurii VII. Febr. cujus
 anima requiescat in pace.

Prope Aram Divi Marci in pariete.

- 11 Hanc Aram D. O. M. ac Divo Marco Evangelistæ Sa-
 crum. Marcus Quirinus Patr. Venet. ut inclytæ Patriæ
 Protector primarius devoto prosequeretur affectu à fun-
 damentis erectam, ornatamq; curavit Anno Domini 1620.

*Ante Aram B. Virginis à Manzoniibus donatam, est
sepulcrum hisce literis.*

- 12 Optimi Viri Gasparis Manzoni Patavini, cunctis affabi-
 lis, at in amicos beneficentia incomparabilis. T. Non
 obiit, sed abiit anno reparat. Sal. M. DC. XL. Vitæ ve-
 rò suæ XLIX. inexplèto vñd. Kal. Novemb.

- 13 Paulus Grata Canonicus Patavinus, & Annibal F. F. pa-
 rentibus amantissimis P. Anno Domini 1575.

*Grata familia
desiit anno pe-
sistentia 1631
Tom. mon.*

In pariete inter aram B. Jordani, & Sacrarium.

- 14 Fuit hæc Capella constructa in honorem Beatissimi Lu-
 dovici per Illustris. & Gen. D. D. FINAM de Buzzacha-
 rinis bonæ memoriæ olim Consortem Magnifici D. D.
 Francisci Senioris de Carraria, & historiata per ejus So-
 rorem Germanam D. D. Buzzacharinam religiosam tunc
 Abba-

Abbatissam hujus sacri recolendi loci ob devotionem, & intuitum prælibatæ D. D. Finæ quond. Domine hujus Almæ, & Regiæ Civitatis ob causam sediminum prope Ecclesiam S. Spiritus positorum, ac huic Monasterio per prælibatam relictorum, propter quæ, & alia utilia, & favorabilia per eandem egregiam Dominam huic loco concessa, dum viveret, debent Religiosæ hujus Monasterii moniales annuatim in perpetuum celebrari facere duo solemnia anniversaria in cantu luminaribus, & sequentia, duo unam Missam in qualibet septimana saltem voce submissa pro ipsius anima, & omnium suorum in M. CCC. XC. IV. de mense Augusti completa.

Humi ante Sacrarium tumulus cum stemonæ Buzzachareno.

75 ... Indictione A. D. M. CCC. LXXXI. die P. Mensis Jan ... Sepultura cum tumulo facta fuit sub regimine Excel. IE Dom. ANNE Buzzacharinæ de Buzzacharinis ... M. A. Dei gratia Abbatissæ Monasterii S. Ben. & hoc pro Conventu omnium Monialium dicti M.,

TEMPLUM S. BENEDICTI. Ordinis P, P. Olivetanorum.

Templum hoc à priscis S. Benedicti Monachis constructum anno M. CC. LXVII. Vli Martii à JOANNE TRANSALGARDO Patavino Episcopo solè consecratum. Ctenobium verò injuria bellorum in eampradam redactum, atque sub titulo Prioratus à variis commendatariis obtentum; denique EUGENIUS IV. Anno 1441. illud concessit Francisco Lignamineo Canonico Patavino omnium scientiarum laude præstanti, qui anno 1443. summa liberalitate ex permissione ejusdem Pontificis illud cum omnibus redditibus, & Jurisdictionibus resignavit P. P. Olivetanis, qui titulum Prioratus in Abbatiam mutarunt. *Lanc Hist. Oliv. Grav. l. 2. Sc. 132.*

Fuit Franciscus Lignamineus Episcopus Primò Feltrensis, postea Ferrariensis. Obiit Romæ, & in vestibulo zdis D. Mariæ cognomento Novæ iuxta Pacis templum sepultus est, ubi legitur sub ejus statua hoc Epitaphium.

*Francisco exincto Patavino, Antistite Feltri
Et quondam mesta Prasule Ferrariæ,
Extinctum humano est quantum virtutis in una
Corpore, non totus Orbis habere queat,*

Repon

*Fuit primus
Abbas ex Patavino
vini; Omnibus
benus Savonarola
Vir omni virtutum
genere ornatus
simus.*

Repositus anno M. CCCG. LXII. III. Idibus Feb.

Huius Francisci Frater Joannes Baptista Lignamineus Episc. Concordienfis, post legationem Hispanicam à Sum. Pont. Venetias missus, dum publicè in solemnì convivio Principis Oratorum, atque Senatorum accumberet, retardato sibi prè pudore ventri onere, paulò post ex huiusmodi retentione morbo contracto extinctus est, ac FERRARIÆ ubi Proprius Præsul Patris loco fuerat, frequentiusquè residebat in Basilica Cathedrali, et juxta Altare majus cum hac inscriptione sepultus est.

*Qui quondam Hesperium Legatus viderat orbem
Hic Baptista iacet: Francisci Antistis illum
Huc illexit amor Fratris: quem Borussia Patrem
Ferraria observat: Concordia Præsule mæssa est
Amisso: Civis Urbis Antenoris incluta luget:*

*In Templo ad Levam introeunibus super Ostium ad Meridiem
in elaborato Marmore.*

16 Hic jacet Geminianus Montanarius Civis Mutinensis Philosophiæ Jurisprudentiæ, ac Medicinæ Doctor Mathematicus nulli secundus. Primum Bononiæ per 13. An. publicè docuerat, dein in ejus honorem à Serenis. Repub. Vener. erectam in Archyliceo Pat. Astronomiæ Cathedrali Meteorum disciplinæ coniunctam plaudente Senatu, Accademia, orbeque litterato per IX. annos diligentis. conscendit, tandem studiis potius, quam ætate confectus frequenti percussus Apoplexia mortales reliquit exuvias Pat. A. C. M. DC. LXXXVII. Æt. LV. Laurentius Bacchertus Pat. Med. & Professor Præceptoris suo Dilectissimo M. P. C.

Supra ostium templi exterius.

17 Non nisi purgatissimis cernitur mentibus summum.

In medio Chori.

18 Philip. Urfin. August. F. Pietate, Religioneq; integerrim. D. Benedic hanc Ædem sibiq; ac fratri requiem V. P.

In pariete

In pariete sub Organo in parvo lapide .

19 M.D.XLIX. EN. JACOPINI. MUS. Jureconf. diver-
mu. func. of. cura JO. AN. sub hoc tum.

Bartholomæus
Matthæi filius
quia partes
Acii Mar-
chionis Esten-
sis secutus fue-
rat, & in sa-
elo Ferraria
contra Salin-
gueram pu-
gnavit ab A.
ciolino in exi-
lium missus est,
et magnas e-
jus Edes cum
alta Turri,
cujus adhuc
fundamenta
spectantur
apud S. So-
pbiam Tyrannus
solo equa-
vit. An. 1235
Roland.

20 Nobilis Miles Bartholomæus de Zacchis D. Franciscus
ejus filius M. CCC. I.

*Hoc monumentum initio fuit extra mœnia in Porcilia in templo D.
Antonii Peregrini. Ipso autem diruto huc translatum refere
Scardeonius. At hodie non extat, sed quæ sequuntur sub arca
marmorea in pariete.*

21 Clariss. Equiti Hieronymo Zaccho obiit anno Domini
1528. Laurentius frater D. & Eques faciendum curavit.

Paulo inferius in eodem pariete.

22 Nob. Miles D. Bartholomæus de Zacchis.

*In arca superiori versus Meridiem requiescit 1301. indict. 13. &
Nob. Vir D. Franciscus ejus filius in alia superiori arca versus
Aquilonem requiescit, quorum infrapositum Monumentum suos
continet descendentes.*

Matthæus
autem Bar-
tholomæi Pa-
ter Alberico
de Romano
Acciolini ty-
ranni Fratri
intimus, nul-
lo suo crimi-
ne, sed sola
constantia fi-
dei in adver-
sis quam Al-
berico dederat
una cum illo
comprehensus
Tarvisi ab in-
vato populo
fuit inmaniter
discerptus.

In pariete sub figura lapidea.

23 Marco Nigro Theologo, Pontificii, Cæsareiq; Juris
Consulto Excellentissimo Auferiensi, Chersique Epif-
copo Religiosissimo, ac pientissimo sacrum. Anno Salu-
tis 1485. 14. Kal. Aug.

SIGISMUNDI BRUNELLI.

24 Mœsta Sigismundum Brunellum hic condidit Uxor .

Qui quondam sacri gloria juris erat .

Quem Patavi Canones vigesima bruma docentem

Et stantem prima viderat in Cathedra .

Τὴν δὲ Σιγισμόντου Βρυνέλλου λάρακα τὰ ἔτε

Πατερὶ, ἰδ' ὁ Σιγόνου τὸ δ' ἅπασιν ἀλοχθῆ

Ὁ κανόνου πρὸς τὴν ἀγαγῶσθ' ἑμμερεν ἔδρη

Δημοσίῳ, διπλῆν εἰς ἐτίσιν δεκάδα .

Vixit annos XLI, Obiit Nativitatis Domini M. D. XLIII.

Anno 1260.

25 Jo

25 Jo. de Sancto Alberto Ferrariensis , Patavinusq; civis
sibi, & posteris benemerentibus .

26 Vincentio Jasonio Atabuino sacrorum flam. Patavino-
rum pietas filii statuit , vixit annos L. *Ità in lapide.*

Supra Sacellum S. Benedicti .

27 Ipsi est dicatum , cujus ære est erectum .

28 *Prope est sepultura Borromeorum sine titulo .*

In Sacello S. Franciscæ .

29 D. Antonia de Ponte Matronæ nobili, ac probatissimæ
sacrum . Decessit anno Christi 1469. Kal. Majas .

In Sacello viciniore .

30 Optimæ spei juveni Victorii Vendramino primo ætatis
flore extincto parentes pientissimi faciendum curavere .

Prope ostium Templi

31 NICOLAI CALZÆ Maufoleum

Obiit Kalendis Novembris M. CCCC. Lxxx.

32 Ibidem. *Sepulchrum cum stemmate Lanzarotta.*

Jacet in hoc templo Hieronymus Argentinus Venet.

Episc. Pharenensis , olim cubicularius à secretis Julii II.

Pont. Max. cum epitaphio Magistri Desiderii

33 Lignaminei Ordin. Prædicator.

ARGENTINUS EPIS. AD SUOS PHARENSIS IN ILLYRIA

Pro me Pharenensis , quid tantum pectora pubes

Usque adeo plangis , dilaniata comes?

Pastorem , me forte tuum ; miseranda requiris ?

Et revocas tantis vocibus arba patrem ?

Interii (fateor) Fatum revocabile nulli est ,

Et sorte incerta , mors sua quemque rapit .

Ne tantum deleas nostri promissa latoris ,

Stat requies ; alius mox sibi Pastor erit .

R

Jacet

Jacet in hoc Templo **BLANCA BORROMEA** insignis,
Virgo cujus lacrymabile funus multi Viri docti
carmenibus decorarunt. Referam hoc tantum

34

Alexandri Leonardii Patavini.

*Candida honor Patavi immatura morte precepta,
Ut rosa vix florens ungue recisa cadit:
Tecum omnis virtus, tecum omnis forma recessit:
Æterni meritis te colere Diis.*

*In Dormitorio P. P. Attius in pariete lapidis nigri
coloris ad levam Horologii.*

35

Longævus diffidiis inter **BUZZACCARENOS**, &
ZACHOS sæpè grassantibus J. Franciscus Erriccius
strenuè imperans exultante Patavio odii spinas in amo-
ris rosas convertit die XXXVIII. Maji.

Ad dextram.

36

Atque ex olivetto universæ oleæ fructus feliciter
carpsit, ibique Deo cooperante cetera omnia præclaris-
sime cessit Anno Domini M. DC. LXI.

Ad Fornaces, & in pariete domorum prope Cœnabium.

37

Has domus construi fecit clariss. Artium Doctor
Dominus **FRANC. PATAVUS** Eugenii PP. IV. Cu-
bicularius, egregiique civis S. Leonardi à Lignamine
filius An. Domini M. CCCC. XL. quo ab ipso Euge-
nio Sancti Benedicti Prior designatus est.

*Erant in vico
hoc splendide
ædes, nobiliss.
ac potentiss.*

*Viri Matthei
Marcusi, quo
falsis ex can-
sis perditione.
His in exiliis*

IN ÆDE SANCTI PETRI Monialium Ordinis Sancti Benedicti.

De hoc Templo, & Cœnobio scribit Eques Ursatus, ad An-
num 1026. **URSUM EUSCOPUM PATAVINUM** optantem,
ad cultus divini incrementum, ut nobiliores Virgines urbis se
Deo dedicarent, initium dedisse huic Ecclesie, ac Monasterio;
quo per-

quo perfecto amplam donationem fecit Abbatissæ nomine Mari-
 næ, & Monialibus ejusdem Cœnobii de consensu tamen Cleri, ^{pulso ab Ac-}
 non solum Ecclesiæ antiquæ Sanctorum Apostolorum cum ^{ciolino drusa}
 ra parte proventuum tunc Burcinigæ, nunc verò Patriarchæ, ^{sunt an. 1236.}
 & Sancti Petri Vici, sed etiam decimarum plurium villarum,
 quas Ursatus recenset à Milone deinde Episcopo anno 1090. cum
 Henricus IV. esset Patavii, iisdem Monialib. dono data sunt mul-
 ta ad Episcopatum pertinentia, non solum in Agro Patavino,
 sed & in Agro Vicentino, & Tarvisino, atque una integra
 Villa, Volta, Bruséganæ suburbanæ, cum Ecclesia nunc Paro-
 chiali S. Martini. *Vide Inscriptiones nostras Agri Pat. f. 25.*

Patrocinium suum his Monialib. impendit ANTIPAPA CLE-
 MENS III. nuncupatus, cum eò Anno 1091. cum Henrico es-
 set Patavii. Addit Ursatus anno 1022. Bellinum tunc Archipres-
 byterum unà cum Capitulo Canonicorum, & Clero Cathedralis
 Ecclesiæ coram Sinibaldo Episc. concessisse Richildæ Abbatissæ,
 & Monialib. decimas Camporum, & quarundam aliarum villa-
 rum, idq; quia hoc Cœnobium subjectum erat Cathedrali, ut
 membrum ejusdem, quare ob hanc verborum significationem,
 Moniales titulum Canonicarum & habent merito, & retinent.
Ursatus fol. 291.

Ad Aram Maximam.

1. Altare istud Joannis Cephali Ere Monasterii in hanc
 augustiorem formam redegit Drusila Forzadura Ab-
 batissa; Curantibus Ursato Ursato Equite. Ottonello
 Discalzio J. U. D. Anno Domini M. DC. LII.

Humi in marmoreo tumulo cum stemmate.

2. Cajetani Antonii, & Julii Casaris de Buzzaccare-
 nis, Marchionis Brunorii filiorum Patavini Patritii
 domus secunda, donec tertia venerit. Obiit ille An-
 no Domini 1690. Etat. suæ Anno III. hic verò An-
 no Domini 1699. die 29. Septembris. Annorum XI.
 Mens. III. die VIII.

In Sacello V. Deiparæ Lauretanae.

3. D. O. M. Virginis Deiparæ simulachrum Lauretano
 simillimum, atque ex Ede ejusdem acceptum à Vir-
 ginum hujus Cœnobii munificentia. Sacello impetrato
 in hac Ara, quam ob redditam sibi salutem voverat

Hieronymus de Sancta Sophia, venerandum exposuit
Isabella Papafava affinis, at ut hoc pietatis opus perenne
staret, marmor commendavit. An. Sal. M. DC. XC.

In eodem Sacello in sepulchro cum insignibus Familiae S. Sophiae

4 D. O. M. Monumentum quietis Hieronymi de Sancta
Sophia Patav. Comitis Serenissimi Ducis Farnesii
Archiatri, Eminentisq; subfelli in Parmensi Accademia
Medici Professoris Com. Darla de Borromeis Ux.
Viro dilectiss. vita functo, & sibi adhuc vivens. F. C.
M. DC. LXXXVII.

De fundatione Templi.

5 *Præsulis est templi finitio tempore Petri*
MILLO fundavit vir præsul & , Imperialis .
Anno Domini M. C. Obiit Anno M. C. XIX.

Restauratio ejusdem.

6 Ex antiqua in hanc, quam vides, formam reducta fuit.
Ecclesia hæc Abbat. Bartholomea de Rido M. D. LXXXIV.

Ad Aram maximam.

7 Summo, & Immortali Deo Apostolisq; Petro, &
Paulo, nec non Bellino Martyri. Angela de Alva-
rotis Abbatissa Templum decoravit Anno Salutis.
M. CCCC. Lxxx. xiv. Cal. Septembris.

In coronide Ara.

8 C E P H A L I Æ R E.

Humi ante ipsam.

Monumentum Joannis Cæphali Ferrariensis Legum in-
terpretis, ac Franciscæ Curtiæ coniugum M. D. LXXVI.

Alexander
ex hac famil.
obiit Ravenna
assessor Ber-
nardi Bembi

In tumulo ad instar Conchyliæ.

ANT. MAGIUS BASS. Jur. Conf. sibi,

& Cath. Conf. fidis. V. P.

1611

Circa tumulum.

Si ultra scire cupis patriam Pata. Vero. Crem. Raven. Ucin. Tarvis. Vinc. Brix. Berg. Rodig. & Cremam percunctator quib. ass. dignit. fructus, qualem se gess. una de XX. Vic. grato animo referent.

ibi Prætoris
Patris. Vene-
ti Petri Car-
din. Bembi
genitoris. Ex
Scard. f. 241.

*Mentre di Antonio il gran Bassin nel fondo
Che a lui piacque donarmi, io ch'avea l'ossa
Dira forte mi ruppe, onde al secondo
Antonio i figli in me poter gran possa,
E quella parte rinovò del mondo
Pansilo, che fu già rotta, e percossa.
Ernesto pose in questa tomba avara
Camilla sua Consorte amata, e rara.*

M. D. XX.

Ad dexteram Horologium hisce verbis:

FUGIT FUGIT.

A sinistra. Candelabrum.

SIC EXTINGUIMUR OMNES.

10 Sepultura Presb. LUCRETII Mansionarii majoris Ec-
clesiæ Paduanæ, qui obiit 1387. Die 24. Januarii.

11 Venerabilis JOANNES Presbyter Baptista cum suo
attinente hic requiescit M. CD. xv. Die xxvi. Julii.

12 In sacello B. Virginis est Sepultura nobilium de Rubeis
sine inscriptione.

13 Antiqua de Saxonia cum literis.
S. E. D. SAXONIA ANNO DOMINI M. D. XLI.
Et in pariete tumulus Equitis Roberti Papafava, & sue Uxoris.

*Sancti Gram S. Bellini supra tumulum Benefactorum
legitur hæc inscriptio.*

14 Franciscus hujus Ecclesiæ Rector, & Baptista Fratres de
à Sancto Daniele Mariæ Matri pientissimæ IV. Kal. Apri-
lis M. CD. LXVIII.

Cum

15 Hoc est sepulchrum prudentis Viri Sier Joannis de Balneatis, & suorum hæredum M.CD.XIV. F. C.

16 Sepultura Domini Presbyteri Joannis de Bevilaquis de Pifis Rector hujus Ecclesiæ M.CD.XLII.

17 Sepulchrum nobilis, & honestæ Dominae D. Annæ Franciscæ de Campanatis de Padua Matris Joannis honorati ac viri nobilis

18 Petri Antonii à Doiono ossa, posterumque suorum hoc tumulo requiescunt, die XV. Aprilis M.D.XXI.

19 Sepulchrum providi, & honesti Viri Sier Antonii de Faventia, ac suorum hæredum M.CD.XXIII.

Ad Baptisterium in pariete.

20 Pyrrhi Equitis Neapol. ex Illustris. Zofredorum familia, consilio, & armis insignis Patavii agminum gubernatoris strenui hic ossa requiescunt, Obiit XI. Kal. Febr. M.DC.XIV. Francisco de Galiso P. F.

Ante Aram S. Laurentii.

21 *Herculis ossa jacent, qui nomen ab arte medendi*

Ante alios clarum sparsit in orbe suum.

Et quis eris, qui non doleat, morsque improba dicat

Durior? heu Saxo, Saxoniam abripuit.

Ætatis suæ LVI. Obiit VI. Kal. Sept. Anno Dom. 1607.
Victor fratri carissimo P. C. Sansono Fratre procurante

22 Jacobus de Pancis hujus Ecclesiæ Capellanus mortem cum vita commutavit Anno Domini 1599. Kal. Oct.

23 Questa sepultura è di BONETO Merzare de Pellegrini, e de suoi heredi. M. D.

24 MARI-

24 **MARINO PORCELLINO**, Prudentiæ Bigoliniæ
Uxori, & successoribus Anno Domini M. D. XCVII.

25 *Novum sepulchrum de Buzzaccharinis cum stemmatis
sine titulo, sic etiam illorum de Bagnaghis. Alterum cum
rota pro stemmate. Et sepultura de Godis Vicentinis cum
litteris corrosis.*

26 **VVOLFANGO SCURFIO.**

Germano adolescenti optimo, quem non sine dolore
suorum, quibus præclaram spem nominis sui excitave-
rat, mors immatura sustulit Sebastianus Zot à Perneck
studiorum socio de se benemerenti pos. Obiit. II. Non.
Sextil. 1537. Ætat. 14.

27 **CAROLI GRAVII.**

Germani hic ossa sita sunt, qui dum studiorum gra-
tia Patavium venisset, febris correptus studiorum suo-
rum cursum perficere non potuit, suaque morte dolo-
rem amicis reliquit. Anno M. D. XLV.

28 **DOMINI TISII**
De CAMPO SANCTI PETRI Sepultura.

Extra Ecclesiam.

29 El Venerando di questo loco Rettor Benemerito
M. Pre GIACOMO delli Apollonii da Salò
qui si giace M. D. xxvi f.

30 *Sepulchrum prope januam Parochi cum imagine Cru-
cifixi, & stemmate illorum de Sorgatis
Sepulchrum, & insignia sunt Nobilium de Rosellis licet in eo conditus
fuit budæ quidam de Sorgatis. Tomasin.*

*Tisi il Campi
pi Samperi
ampla domus
cum turribus,
& pinnaculis
fuerunt in vi-
co S. Nicolai
an. 1237. ab
Acciolino su-
ditus eversa
Rol. Corte-
lerius eas ad
pedes Pontis
Molaris fuisse
se scribit.*

Supra

*In loco prius allocutionibus Monialium destinato vulgò Parlatorio
in pariete ad Boream est lapis antiquus repertus in limine
inferiori portæ, quæ ab Ecclesia itur ad Claustrum Cg-*
31 *nobii anno 1696. 13. Augusti.*

M. JUNIUS SABINUS
III VIR ÆDILITIÆ POTESTATIS
E LEGE JULIA MUNICIPALIALI
PATRONUS COLLEGI CENTONA-
RIORUM FRONTEM TEMPLI
VERUIS ET HERMIS MARMOREIS
PECUNIA SUA ORNAVIT ET
TUITIONI DEDIT H-S ∞ ∞
N̄ CG XXXXII.

Inscriptionem hanc fronti cujusdam Templi fuisse olim affixam apparet ex his, quæ in ipsa leguntur. Cum enim Marcus Junius Sabinus frontem alicujus Templi Vervis, id est marmoreis Arietum capitibus, & Hermis, nempe stacuis lapideis in figuram quadrangulam desinentibus, pedum tenus non expolitatis, pecunia sua ornaverit, dederitque tuitioni illius operis sceler-tios nummos 242. quibus integrum servaretur, monumentum apposuit.

Fuit hic Junius Sabinus Quatuor Vir ædificiæ potestatis, qui Magistratus videtur Lege Julia in municipibus introductus. Fuit insuper Collegii Centonariorum Patronus. Centonarii verò appellabantur, qui Centones faciebant. Erant hi Panni ex lana diversorum colorum contexti, quare collegium Centonariorum erat collegium Lanificum in hac Urbe Antiquissimum.

*Supra Basim Podioli conclavis cujusdam, seu cella
in ambulacro, seu Dormitorio veteri.*

32 Hoc Sacellum cum Altari, & Cœmiterio Porrecto P. xxxv. Lato P. xviii. Consecratum est à R. E-
Episcopo ARG. & Propræsule Pat. Jacobo Rota ad
honorem DE. OPT. MÀX. & B. M. Magdalena, ad
cujus exemplum hic mulieres illuminatæ obclusæ Deo
castè pièque in summa paupertate deserviunt.

Ibidem.

- 33 *Ibidem*. Hgan. Germano . . . olescenti optimo quem non sine gno dolore suorum omnibus præclaram spem nominis excitaverat s immatura sustulit Sebast. Zot s Abbernegg studiorum socio E. B. M. P. Obiit III. Non. Sextil. Atto H-S. ΘΕΟΡΟ ΝΙΑΣ
M. D. XXXVII.

*Fragmenta
hæc lapidum
è Cenobio S.
Magdalena
mulierum il-
luminatarum
olim in Vico
Zucco Anno
1626 quò ad
locum S. Ca-
tharinæ trans-
late sunt di-
ruto, huc ad-
vecla arbi-
trantur.*

In ambulacro, seu Dormitorio.

- 34 D. Bartholomæa à Rido Abbatissa construi voluit Anno Domini M. D. LXXXI.

- 35 1697. Essendo Abbadessa la Illustrissima, & Reverendissima Signora Virginia Zacca.

- 36 D. Armilla Sancta Sophia Abbatissa ex sororum dotibus opus inceptum Ann. Salutis M. CCCC. IC.

- 37 Anno Dñi M. D. XXI. Die XVII. Junii inceptum fuit istud op. sub Abbatissatu Reverendis. Domine Ursolinæ Patavinæ ex familia Novalium.

- 38 Anno Domini M. D. XXXIII. Abb. Reverendis. Domina Nida Gagiarda exactum.

- 39 Constantia Abbatissa Presb. Franc. Rectore Monasterii Ære opus hoc coactum est Anno Christi 1477.

- 40 Edificiũ hoc præterito sæculo ceptũ cellis, ac subodiãli construxit Marina de Rubeis Abbatissa Anno Dñi 1699.

. In loco confessionibus audiendis destinato.

- 41 Catherinæ Uxori carissimæ Hieronymus Bertepalea posuit Die II. Martii M. D. I.

In cubiculo pregrandi inferiori, sub simulacro D. Pauli.

- 42 Pessundatæ casu D. Pauli statuae capiti, penitus im-
muni N. N. M. M, Sancti Petri, tanto suo tutelari man-

*Vir morum
probitate,
virtutis mo-
rito, sapientia
fama ad rei
Ecclesiastica
manera eru-
ditus, quibus
sanctis opti-
meque per-
sanctus lite-
rariam Kemp-
tibus doctis.
laboribus
eruditissimis
aeger.*

cipate jusserunt subdi corpoream, quam cernis Mo-
lem. Scias corruisse statuam, dum amplificaretur hu-
jus Cosnobi Dormitorium are multo Reverendissimi
ac Pietissimi D. JOAN. CLERICATI J. U. D. &c.
cui sapientissimo Viro dedito ipsis ab ineunte aetate
aeterna se devinctissimas profiteatur. Abbatisa Nob.
& Reverendissima D. Virginea Zacca.

Anno CIO IC LXXXVII.

In Clericali meritorum laude, ac Nobilium ipsarum
Monialium, à quibus ille, dum puer esset, in
servitio Ecclesie S. Petri educatus fuerat, grati
animi testimonio sequens Epigram-
ma datum fuit.

Ad Sancti Petri thalamus properate Puellæ:

Qualibet hic poteris lata vacare Deo.

Hos namque suo struxit pius are JOANNES

Dilectus noster Filius, atque Pater.

Filius; à priscais nostris Monialibus alius:

Nunc Pater erga nos, et ita munificus.

Socius ipse puer: Juvenis studiosus, & equus;

Vir sapiens, prudens, eximiusque Regens,

Vita sit ejus felix, ac diuturna. Deusque

Cælum pro cellis Omnipotens det ei.

IN ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI NICOLAI.

Quam MILO EPISCOPUS an. 1090 ædificavit, & Monia-
libus D. Petri dono dedit, ad quas proinde Jus eligendi Pa-
rochi Jure Patronatus attinet. Lib. priv. cap. Pal. O. g. ad An. 1090.

Statim post ingressum portæ Occidentalis.

Nob. & generosi Viri Nicolai Alvisini Genuensis
pro Sereniss. Republic. Veneta quadraginta jam annis
Gubernatoris munere functi Patavii tandem defuncti
jacent hic cineres, donec reviviscat immortalis, qui vi-

Supra portam Septentrionalitatem.

2. Jo. Baptista Gandotto Nob. ex S. Ang. in Vado viro summo Dni Vicarii generalis EM. CARD. BARBADICI maxima cum laude munere functo Archiepiscopo Urbini electo in hac D. Nicolai Ecclesia Sacra quotidie Deo officens Clemens Bisi Parochus hic ad commissum gregem abeunti obsequii monumentum. P. Die xvii. Jan. M. DC. Lxv.

In Sacello B. Mariae.

3. L. D. O. M. B. E. M. V. Ex pio D. Antonii Testadori testamento hæc Æræ proprio restaurata fuit Ara Die xv. Mensis Septembris Anno M. DC. Lxxxviii.

Prope Aram Divi Stephani.

4. Ludovici Ant. Ursati Antonii Mariæ Eq. & Doct. ac Dianiræ de Benavidis Mantua Patritiorum Patav. Filii quem x. Febr. Lux terr. edidit, & Cælo xviii. redidit resurrecturis cineribus Clemens Bisi Parochus conditorium hoc Anno Salutis 1679. Obsequentis. P. Ibidem. Da Chà Cbarvalo diti Gianola.

In Sacrario ejusdem Templi sub depicta Icone.

5. Veram hanc pruden. & honoran. Viri Dni Davidis Bonzoti de Antonellis Patav. faciem, qui mira erga S.S. Eucharistic. Sacramentum Devotione accensus nunc ejus Altare alias de anno M. DC. vii. Fidelium elemos. restauratum. In hanc marmoream elegantiore formam propriis sumpt. constr. cur. Sacra, nobilique icone ab Illustrissimis D. D. Barth. ac Tiberio de Dondis ab Horologio Patr. Pat. Quorum avitum intra altaris gradus extat Sepulchr. Tunc temporis donata Clemens Bisi à Sancto Clemente hujus Paroch. Eccle-

ſiæ Divi Nicolai Rector grati animi ergo P.
An. Sal. M. DC. LXXXIII. Kal. Julii.

6 Margarita de Dondis ab Horologio Capiliſtea in hac Paróc. D. Nicolai Eccleſia Sacro quotidiano pro anima ſua inſtituto documentum hoc ad perpetuam Sacriæ rei execut. P. juſſit, ut in actis Domini Andreae Bredæ not. die 26. Sept. 1681.

Eadem Domina Margarita de Dondis ab Horologio Capiliſtea ad execut. perpetuam alterius Sacri quotidiani pro animabus Bartholomæi, & Lauræ genitorum; & Apolloniæ filia in hac inſtituti document. hoc incidi juſſit Testamento die 26. Septembr. 1681. Andr. Bredæ not.

*Albertus
Robert. ſub
Princip. Car-
variens. copia-
rum Dux
miſſus in La-
ſubriam ad-
verſus Me-
diol. Ducem
Laudam ce-
pit, & reſti-
tuit Joannino
Vignali, quem
ex Cive Lau-
denſi Princi-
pem fecit.*

7 JOANNI de ROBERTIS clariffimo ſanguine, & ſpectata prudentia ornatø.

8 JOANNES NANI Patavin. vivus videns ſibi fecit ſibi poſuit. Obiit Anno M. DC. XIV. Die IX. Menſ. Mart.

9 *Sepultura Familie de Coballio. Ite illorum de Grompis.*

10 Hæc eſt Sepultura circumſpecti Viri S. Antonii à Lignamine q. Domini Danielis. qui obiit M. CCCC. XXI.

11 M. M. CC. XLIV. Die XXVI. Septemb. Obiit Rev. Presbyter BARTHOLOMÆUS Rector Eccleſ. S. NICOLAI, cujus anima in pace requieſcat.

12 M. CCCC. XLVIII. Die Sabbati XXVI. Menſe Auguſti. Monumentum fecerunt fieri nobiles SERHELIA de Campileono de Cumis, & Chriſtophorus de Herba fratres jurati,

13 Livellorum sacellum, in quo conditus Octavius Livellus primarius Institutionum Interpres Anno 1631.

Michael est
hac familia à
Senatu Vene-
to An. 1484
in bello Fer-
rariensi qui-
genorum Mi-
litum Tribu-
nus factus
gloriosè se-
gessit. Scard.

14 MARIETÆ PISANÆ Sacrum.

15 In Sacello Ridorum.

*Quem Mutina rupes genuit Montorsia castri
GVILIELMUS jacet hic nunc veri cognitor Astri.
NICOLAUS RIDUS pietatis amicus amator
Virtutum solers pacis ubique sator.*

16 *In medio Aedis.*
M. CCCC. XXXVII.
Die IV. Mens. April.

17 Hæc est sepultura probi Viri PETRI de CUMIS.

18 *Stemma illorum ab Horologio.*

19 Egregii Viri opaca domus NIGRI PONTIS Manoli hæc est, suorumque succeslor. M. D. xviii.

20 Joannes, & Bartholomæus fratres de Boschettis Patavini viventes, & suis posuere An. M. D. Lxxxix.

21 Sepulchrum Sier ANTONII DOTTI Veneti, & suorum hæredum.

22 PET. de SALA, & suorum.....
Mag. Borromea ex testamento F. F.
M. CCCCC. VI.
Cum stemmatibus Familiarum Borromea, & Sala.

23 M. CCCC. VIII. Die XIII. Julii.
Hæc est sepultura BARTHOLOMÆI q. Dñi,
& Joan. de Riveris, & suorum hæredum.

24 M. CCCC.

- 24 M. CCCC. XVII. Januarii. Sepulchrum FRANCESCI de Urbino, ac Dominae Benevenute olim Uxoris suæ, & suorum hæredum.
- 25 Sepulchrum Egregii Legum Doctoris D. BARTHOLOMÆI de Porcellinis, & suorum successorum.
- 26 Hic jacet filia nobilis Viri PETRI de GROMPO.
- 27 PIZACOMINO, & CLARÆ P. P. necnon Hieronymo fratri B. M. Sebastianus moestissimus S. Q. H. Q. S. V. M. D. xxxix.
- 28 JACOBO BISIOGOTO Franci Uxori
..... suorum filius obedientissimus sibi, & hæredibus
B. O. VI. NO. M. D. XXVI. Junii.

Is priori cognomine dictus Transalgarthus, & a quo propagata est Capilliflorum familia, ut se, suosq; omnes a periculosis illis Acciolini temporibus incolumes redderet, arceem munificentiam in Montis Meruli summitate construxit.

In sublimi loco.

JORDANI SFORZATEI

sepulchrum aureatum,

- 29 qui obiit M. CCC. VII. Die X. Martii.
*Militia titulis, & avorum stirpe vetusta,
Sforzate Jordanus Patrum clarissimus unus,
Pectore, consiliis, dextra quoq; strenuus armis,
Heu scelus, angusto tantus Vir clauditur antro.
Vita mensus iter, sexdenos mille trecentos
Adderet, & septem, partus dum Virginis annos
Martius, & decimo lustraret secula Phæbo,*

- 30 Hic quiescit laudatæ memoriæ honesta Domina JOANNA de BECCARIA Uxor quondam Domini Raphaelis Fulgosi de Placentia famosissimi Utriusque Juris Doctoris, qui splendor, & lumen scientiæ legum exitit in Urbe Padua. Hæc enim ad perpetuam suæ animæ utilitatem per suos laudabiles commissarios hoc Oratorium ordinavit construi sub Omnium S.S. titu-

lo, in

lo, in quo singulis diebus sacerdos quidam Omnipotenti Hostiam immolet pro ejus anima, cui annuatim relinquit ducatos auri triginta, locumque habitationis congruum, quæ omnia plenè leguntur ex voluntate sua apud S. Andream de Bovolenta Notarium publicum, quæ Domina diem clausit extremam M. CCCC. XXXIX. Die XVII. Julii, cujus anima aeterna possideat regna.

31 D. O. M. BARTHOLOMÆO de DONDIS ab Horologio Jo. Antonii filio suorum Heredum. Obiit An. Christi M. DC. xiv. Ætatis suæ Lx. M. iii. D. x.

Extra Ecclesiam.

32 M. CCC. LXVIII. De Mario. Hæc est sepultura NICOLAI TADENI
.....
..... Scaverinus

*Extra Ecclesiam ad Crucifixi Imaginem depictam
in sacra Turri.*

33 ANTONII BRUTI V. Egregii qui ædes in Vico Strate PROSDOCIMO MARTIGNAGO Civi Tarvisino testamento legavit. Præsidentes Cœnobii celeberrimæ Scholæ D. Mariæ Baccatorum Tarvisinæ executores testamentarii sepulchrum vetustate corruptum restituere procurarunt.

34 In hoc Templo siti sunt sine inscriptione Galearius de Dondis ab Horologio March. Gabrielis F. micus, & Jo. Joseph. Ursarus Doct. Phil. Antonii Mariæ primogenitus Patavini; Qui societate inita, cum Scaphis in Patriarato Bubulenta, tunc temporis aquis exundante solatium carperent: Galearius supradictus forte in altissimam forëam incidit; cui auxilium alter delaturus in tanto rei periculo, propria salute posthabita se se aquis generosè immittens, unà cum amico demersus est. Die

est. Die 23. Novemb. 1684. cum primus 19. circiter alter
24. Aetatis annum ageret.

35 In hoc eodem Templo jacent sine aliqua inscriptione Lucretia, Helena, & Laura filiae Bartholomaei Heliae Patavini; qui desperatione quadam teterrimum animi sui consilium secutus, illas quarto Idus Junii 1552. lecto cubantes crudelissime interfecit. Cujus nefarii post hominum memoriam perpetrati flagitii casum elegantissimo carmine descripsit Jacobus Ruffinus Doctor ad Paulum Rhamusium.

Hoc idem detestabile facinus Fr. Desiderius Lignamineus Ordin. Prædicator. sequenti descripsit Elogio; pro ut in M. S. suo de rebus memorabilib. legitur.

36 Miserrima Trium Natarum execratio in crudelissimi Parentis facinus.

In Natas, quis seve Pater te compulsit error?

Et potuit charas commaculare manus?

Nos cum Matre, tuas, vesana mente requiris

Perdere? nec pietas te cobibere potest?

Quis furor iste tuus? limen quo percitus intras

Pectore? Se genitricis occulit in tenebris

Nos cum matre petis, tenebris se condidit illa,

Nos quibus inventis parceret ipsa Tygris

Cubantes spectas, nec apertos cernis ocellos

Asper & immitis mollia colla secas.

O scelus infandum, cujus tua conscia postquam

Mens fuit, horrendus non premit ora sonus!

Quid facis infelix? quo tam crudelis oberras?

Exclamas, luctu tota repleta domus.

Sed nihil ista juvant, sequitur tua tristis Erynnis

De te quid? pœnas exiget illa graves.

In nos propterea, que sevit impia tantum

Mox tua subsecuit colla nefanda manus.

Is namque Bartholomæus post interfecit filias repentino furore actus, furtim extra fines patrios aufugit, & noctur-

nocturnis itineribus errans in Vicum Grinæum, non longe a Bassiano Oppido, inter alpium juga prima se se recepit; atque ibi demum immanitate sceleris, & conscientia victus sibimet, quâdam Messoris falce guttur subsecuit, atq; ita miserrimam vitam finivit. *Sic Lignamin.*

Humi sub porticu Cemeterii.

37 Sepulchrum Magistro Israeli, parentibusque suis Joanni de Riveria & de

38 M. CCC. LXVII. Die Martis II. Maji hæc est sepultura Mag. Bartholomæi Scalari

39 *Sepultura VI. absque inscriptione.*

In Æde Parochi.

40 Archivium ad usum Venerandæ Congregationis Parochorum Paduæ antiquitus constructum ejusdem sumptibus restauratum fuit Anno Dom. M. DC. XCV.

IN ÆDE S. BARBARÆ BOMBARDARIORUM.
Anno M. D. LXI. Ædificata.

In limine superiori Januæ in lapide.

1 GERARDUS BUSDRAGO suffraganeus Ecclesiæ Patavinæ Sacellum hoc in honorem S. Barbaræ consecravit. Hoc vero Anno M. DC. LIII.

pag. 34

In medio Ecclesiæ humi.

2 Sepultura Confraternitatis de S. Barbara.

3 Joanni Grego Patav. rei Tormentariæ peritia domi, belliq; publicis Testimoniis claro, & efformandis exercendisq; liberatoribus Præfeto, Viro de se publicè, privatimque optime merito ipsa liberatorum cohors H. M. P. Obiit V. Julii An. M. DC. LXIII.

R

4 Egregio

4 Egregio Viro Protectori Amantiss. D. Josepho de Bono Nomine Vexillifero suo Bombard. Banca obsequentiss. M. H. U. P.

5 HIERONYMO RENIERO Urbis Præfecto piiss. & generosiss. Benefact. societ. Bombard. P.

In culmine Ara in nigro marmore literis auratis.

6 Deiparæ, & B. Barbaræ proteçt. Altare hoc vetustate collapsum Soc. Bombard. prop. Ære restitutum, & ampliatum Anno Domini M. DC. LXXVIII.

I^a regione
hujus Templi
spectatur ad
hanc palatia

PAROCHIALIS S. LUCIÆ.

Fanum vetustate clarissimum, cujus antiqua Turris Anno 1614. corruit ingenti Ecclesiæ detrimento, mox piorum donis restituta.

Acciolini Te-

ribonici Com.

Bassani Ona-

ria, et Roma-

ni, qui primus

familiam suam

Patavii fixit,

ut observavi-

mus in opere

nostro Incri-

pt. Agri Pat.

fol. 233, sunt

que ea adifi-

cia omnia, ubi

nunc dicitur

il volto del-

la Malvasia.

Ongar. lib. 2.

quo in vico in

ejusdem a-

dis atrio. cer-

mitur cavea.

(ut fertur ab

Acciolino ty-

raia constru-

ta) per quam

subterraneo

itinerz, quod

adhuc visum

Interius supra portam ad meridiem in lapidea tabula.

Orbis incola quicumque ades lege, ac luge. Cineres hic siti sunt Antonii Masperoni Patritii Brixiani Joannis Phil. ac Medic. cl. ex fratre nepotis, qui gentilitiæ virtutis imitator olim Patavii animum Philosoph. & Medicina feliciter excolit in pulchriori heu pro ætatis, & gloriæ curriculo sublarus est. Timuit invida mors futuros illius triumphos. Vixit An. xx. Mens. VI. Dies xx. Laurentius, cæterique fratres lugentes lubentes Amoris. & honoris ergo P. P.

M. DC. XXV. VI. Kalend. Februarii.

In majori Sacello bumi.

2 Andreas de Franciscis sibi, & posteris H. M. F. C. Anno Domini M. D. Ixxiii. Kal. Octobris.

Hoc postius tumulto VICTORIUS est BONANOMUS

Hic requiescet item mox BONANOMA DOMUS.

Ibidem Sepulchrum, absque inscriptione.

4 Hæc

ibat ad pala-
tium suum
extructum in
vico apud
Pontem Mo-
strinarum.
Rol. Scard.

4 Hæc est sepultura providi Viri Ser Francisci de Lo-
cto de Ursis, & suorum hæredum, qui obiit An. Do-
mini M. CCC. LXXXVIII. Die XXI. Mens. Februarii.

5 D. Baptista Gebellino Mercatori Petrus, & Fran-
ciscus filii P. C. sibi que ipsis, & Posteris suis Die XX.
Mensis Martii M. D. LX.

6 Sepulchrum Magistri Marci Pistoris Q. Petrus Qui-
2 GASPARO BRITTI Nodaro di Padoa hà lasciato di Livello Ducati quaranta quattro all'anno in perpetuo ad un Sacerdote, che sarà eletto dalli Signori Presidenti dell' Hospital delli Orfani di Padoa per celebrar. Messe cinque alla Settimana nella Chiesa di detto Hospitale. Item hà lasciato, che ogni anno in perpetuo siano dotate due delle figlie donzelle di esso Hospitale con Ducati cento per cadauna, & non essendo osservato questo delle Messe, & Dotatione, & altro priva detto Hospitale di quanto li hà lasciato, & substituisce le Citelle Gasparine, & come nel suo Testamento apresso il Signor Bernardin Burleti Notaro Collegiato Anno M. DC. XXXI.

BAROCHIALIS SANCTÆ MARIE INCONIÆ.

Ecclēsia Equitum Melitensium, cujus vetustas conjicitur ex inscriptione sequenti, quæ intusculpta est lapidi ad portam Occidentalem in vetusto lapide.

*Exstimatur
Antiquitas
fuisse Censibus
Monachorum,
ant: Canonice.*

I Hic jacet Dominus Fr. Jacobus, de Vignali, & Vicepos. Posuit

ac Procurator sui domini magni hospitalis Hierosolymitani, qui obiit Anno Domini M. CCC. LX. Die xxiv. Mens. Augusti.

Regularium
S. Augustini.
Deinde cum-
mendatum.

Extra Templum in Pariete.

2 Hoc Templum est unum ex quatuor Cameris prioratibus magni prioratus Venetiarum spectans ad sacram, & Eminentissimam religionem Hierosolymitanam, & hodie à Venerando magno Priore Venetiarum Fr. Guglielmo Belgiano instauratum anno 1683.

Intra Ecclesiam Humi.

3 Reverend. Gaspar Valerianus Rector adhuc vivens, sibi, & suis fecit M. DC. Lxxxviii.

4 Ossa Antenatorum de CURZOLA jacent in hoc monumento, quod Hieronymus Curzola Patruus, & Carolus, & Petrus fratres, & Stephanus Nepotes Curzola unusquisque sibi met, posterisque suis unanimiter pararunt anno 1502. Mense Julii Die V.

5 JACOBO Cadaben Presbytero, & Gasparino ejus Patri hæredes F. C. M. D. xix.

6 Hæc est sepultura Dom. ANTONII de Majolis, & filiorum ejus. Anno M. CCCC. xxxvii.

7 Ibi propè. Hieronymus, qui obiit anno Dñi 1360.

Ad Januam Majorem.

8 Anno Domini Millesimo CC. Septuagesimo nono Ind. VII. Frater PAGAN. de PAGAN. de Placentia Protector Templi Paduan. Mansion.

BEATÆ HELENÆ ENSELMINÆ.

Monialium Ordinis S. Francisci.

Ung. ad Ann.
1225. Scard.
pag. 121.
Lancel. bist.
Oliv. lib. 2.
Vide Inscript.
Agr. Pat. fol.
29. 30. 339.

Ecclēsia olim dicta S. Maria Armenorum; spectabatque ad Monachos Olivetanos, qui Secedentes extra Civitatem ad Cœnobium Ripariæ, penes flumen quod ad Bubulentam fluit, eam celsere Monialibus Ordinis Sanctæ Claræ, quò habitatum venerunt Ann. 1520. à vetusto Cœnobio ARCELÆ, sive ARÆ COELI, cui Divus FRANCISCUS initium dedit ann. 1225. perfectumque est anno 1275. mox ab exercitu Maximiliani Cæsaris dirutum anno 1509. Hodie Ecclesia perornata est, ac Cœnobium amplioribus terminis dilatatum, cultumque à Nobilibus, & plis Virginibus.

Jacet in hoc nobili Cœnobio, ac pulcherrimo Templo Corpus Beatæ Helenæ Enselminæ † unde nomen illi est, Sanctimoniz, & miraculis claræ, & hac nostra tempestate in album Beatorum relata à S. D. N. INNOC. XII. Pontiff. Maxim.

† Ex hac Antiquiss. et nobiliss. progenie ortum duxisse familiam Enselmorum de Anselmis postea dicta ab Anselmo eorum primo progenitore. Scribit enim Jo. Baptista Negronius in hujus Beata vitæ p. 15. Fu la Beata Helena della Nobiliss. famiglia delli Enselmini, che bora si crede estinta, benchè alcuni la credano la medesima degli Anselmi, che

Dum novè hujus Cœnobii fundamenta ponerentur refert Pignoriùs, inventam fuisse Ancoram magnam, qua in eam sententiam deducitur, ut credat aliàs Mare eò usque pervenisse, & ni mare, saltem rivum illum, cujus meminit Strabo. Nam & ad munimentum Cornelium dictum alius inventa sunt pręgrandes mali navium: flumina etenim hoc tempore alios sibi fecere alueos, quippe quod cuncta mutata sunt, tum in Civitate, tum in agro ferme universo. Vide Inscript. nostr. Agri fol. 29. 30.

1. ANTONII Paesii Phil. ac Medic. Conjugi Dulciss. Antonius Monarius Patruus S. & S. V. H. M. F. C. excessit anno Salutis 1583. XII. Kal. Martii.

2. Hoc Pavim. in hanc nobiliorem formam restit. fuit sub custodia Admod. Reverend. D. D. Sacrist. hujus Monasterii Anno Domini M. DC. XVI.

IN

IN ÆDICULA S. NICOLAI

Sodalitatis Nautarum

Nulla Inscriptio.

PRÆPOSITURA OMNIUM SANCTORUM

Ubi Moniales Ordinis S. Benedicti

Fuit antiquius Monasterium Regularium, deinde commendatum, erectumque in paratiam cum titulo Præposituræ, ubi anno 1529. habitatum venire Moniales S. Agnetis ex villa pulverariæ, ædificaruntque nobile Cœnobium & hoc elegans templum. *Port. fol. 483. Vide Inscript. Ag. Pat. p. 319.*

Junta Aram B. V.

- 1 Extractio hujus Ecclesiæ sacrarum Virginum sumptu alacriter instituta, atque in Augustiorem redacta formam. Ludovica de Vicco Abbâtissa Ann. M. DC. LII. earundem impensa ad absolutum Arę maxime nitorem producta est. Maria Francisca Giavarina Antistita anno M. DC. LXVI.

In Templi Medio

- 2 Vivens fecit Octavius Ferrarius, sibi, ac suis ann. M. DC. LXXV.

- 3 Bartholomæus Javarina. Venetus ægrotans hunc sibi cupit valere mortalibus, dixit æternam. Uale ann. ætatis L. XXIV. Christi M. DC. LXIV.

- 4 Hic jacet Joannes Baptista Buris Præpositus; qui LXXIII. annum agens, animam exhalavit. 1663.

qui in Padova si conservata in postorri-guardevole. Vide supra p. 162. n. 32. Sepulchra antiqua fam. Esfelmia in Cœmeterio S. August. P. P. Ord. Prædic. Vide supra p. 79. n. 216.

Vir integerrimus, mihi-que summa benevolentia coniunctus, cum nobilitate, tum sua virtute præclarus, ejus ingenium erudita voluntas ab ipso edita aperte declaratus.

5 Perc-

5. Peregrinæ Vicco Uxorî fidelissimæ omnib. Modestiz laudibus insignite, Franciscus Donato ejus Vir incomparabili animi mœrore affectus monumentum. P. Obiit xxx. Julii anno Sal. M. DC. LIII. ætatis suæ XXXIX.

6. D. O. M. Antonij Fontana q. Petri Civis Venetæ animâ Cælum tenet, hic jacent ossa. Vixit Ann. 45. Obiit Nonis Aug. M. DC. XCIV.

Ad parietem in amplo, & speciosa marmore.

7. Ex decreto Sacrosancti Concilii Tridentini SIXTO V. Pont. Max. Federico Card. Corælio Episcopo Patavino Moniales S. Agnetis de Pulveraria Domicilla Corradina Abbatissa ex agro in Urbem translate Cœnobium hoc, Benedicto Isachino Salodiensi Ædis præposito assente, à fundamento erexerunt. PASCALÉ Ckonia Venetiarum Duce. Urbis verò Prætore, & Propræsfecto Georgio Contareno Justiniani filio V. Id. Apr. M. D. LXXXIX. Curantibus Dominico Vico Venetæ Reipublicæ Cancellario, & Joanne Balbi Sereniss. Ducis Gastaldione. Leon. Ottobonus Magnus ibidem Venetæ Reip. Cancellarius, & Cœnobii procurator ad perpetuam memoriam F.C. XII. Kal. Septembr. M. DC. XV.

*Vide Inscrip.
nostras Agri
Pat. nobis e-
ditas fol. 319.*

8. Ut quos viuos mutua continebat benevolentia, idem mortuos contegat sepul. JOANNES Delphinus Prior S. Catholdi hunc sibi ad novissimum usq; diem quietis locum cum Marco Antonio FOScareno Archipresbyt. MONTIS SILICIS jam diem functo communem vivens in multi amoris symbolum consiluit. M. D. LXXXVII.

- 9 *Conditus in hac Aede sine titulo CAESAR MALFATUS, de quo Tomasinus in suis Athenis Patav.*
 10 *Ibi prope.* Sepulchrum D. C. xx.

PAROCHIALIS S. MAXIMI.

Ecclēsia pervetusta dicata S. Maximo ē Vitaliana Familia Sancti Prodocimi discipulo, & in Episcopatu successore, cuius corpus inventum est in antiqua Ecclesia S. Justinae Anno M. XXI. prope fores Oratorii S. Prodocimi in Arca marmorea.

Sub arcuato formice.

- 1 Fabricae sumptae tectum consecravit, ornavitq; picturis Andreas Viccelli Rector. Ann. 1670.

Ante Aram maximam in pulchro marmore.

- 2 *Tempora mutantur.*
 Joseph Abbas Persicus Bellunensis Canon. Patavinus tenens, quod sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur; hic requiem interim sibi vivens statuit. Anno à nat. Dom. 1676. Aet. sua tunc decurrente 71.
 Constituit R. R. Parochis stipendium ad Sacrificandum pro anima sua ternis singulis diebus IV. temporum quorumque annorum. Vix. ann. 87. Obiit. Idibus Jan. Anno M. DC. XCIII.

Nos & mutamur in illis.

- 3 D. O. M. Philippo Crottae pari opum amplitudine, in amicos munifica benevolentia, in pauperes benevola munificencia, in Sacerdotes religiosa necessitudine, in quoscumque maxima animi excellentia

clia-

claro, Pietatis, religionis, magnanimitatis typo; ad-
versa, longaque valetudine pia, sed immatura morte
benemerito ad coeleste prænium adventanti. Ætatis
suz ann. 31. Idus Julii M. DC. LXXIX.

Alexander Fr. in moeroris solatium. P.

- 4 Hic jacet D. Hieronymus Fabris ann. 24. Civ. Ve-
net. expectans universalem resurrectionem, Obit die
31. Junii M. DC. XCIX.

in Sacrario in albo lapide.

A LAUDE DI DIO

- 5 Memoria alli M. R. Parochi presente, e pro tempore futurâ
in questa Vener. Chiesa di S. Massimo di celebrare ogn'anno
con decreto Episcopale 18. Novembre 1676. in perpetuo una
Messa in ciascun giorno delle 4. Tempore occorrenti nelle
4. stagioni annue per l'anima dell' Abbate Giuseppe Persico
Canonico di Padova, che ha la sua sepoltura in questa Chiesa,
havendo à quest'effetto assegnato un aumento della Mensa
delli Parochi un livello perpetuo di Ducati sei ogn'anno per
la celebratone delle medeme Messe al numero di dodeci;
come consta dall' instrumento fatto dall' Eccellentiss. D. e
Notaro Giacomo Perini l'Anno M. DC. LXXXII. il dì
XVI. Dicembre.

- 6 M. CCC. LXXXIII. Ind. prima Hæc Cappella,
& Sepult. Ostoneli Not. de Aprino, & suorum he-
redum de contrata Omnium Sanctõrum, & fecit fie-
ri de Mense Augusti dicti milleximi.

- 7 Pro Sacerdotibus 1639. Prid. Kal. Maii S. M.

- 8 JOSEHP PINUS Venetus optime indolis adolescens Lati-
nis, Græcisq; literis apprime eruditus, qui diserendi faculta-
tem pleno gradu ingressus mira ingenii felicitate breviter edi-
dicit, Virginitatis dote adhuc insignis, prematura morte præ-
reptus quiescit in hac urna, quam nescitis. Pater Antonius Pi-
nus doloris impatientiss. ad moeroris sui solatium posuit no-
vissimo Judicii die surrecturus.

Vixit annos XIX. Mens. VII. Die XXVII.

Obit X. Kal. Octob. M. D. LX.

- 9 Piis manibus nobilitatis, generis, & virtutis c-
ximii viri D. BALTHASSARIS à VVENSE Equitus
Luneburgici, qui postquam Deo animam reddidit
corpus habitaculum ejus hic reposuit die XXI. Septemb.
Anno Salutis M. DC. XXI.
- 10 Ibidem. *Sepultura cum literis.* B. G.
- 11 Hoc sepulchrum fecerunt fieri S. Gaspar, & Ant.
fratres q. S. Joannis Jacobi de Brixianis, qui jacent
hic una cum TONI ejus filio, Obiit aut.
M. D. Lxvii. Die VIII. Mens. Septembris.
- 12 *Sepulchrum cum literis corrosis illorum de MAXIMIS.*

SANCTÆ MARIE MAGDALENE

P. P. Societatis Jesu .

Fuit hæc Ecclesia, & ditissima Abbatia Equitum Germa-
norum, sive Theutonicorum, quorum ordo fuit in-
stitutus, aut restitutus, & auctus à Nobilibus Germanis *Alexius E-*
Hierosolymis an. 1119. cum deinde desisset hic Ordo Equi-*quitum Ale-*
tum Patavii, ea Abbatia in Commendam transiit, tan-*manorum,*
demq; delata ad ANDREAM LIPPOMANUM Patritium *sen Theutori-*
Venet. & priorem Trinitatis Venetiarum P. P. Societatis *corum Magi-*
Jesu amantissimum, ex permisso Pauli III. Pontif. Max. *ster, Tyrann-*
ab eodem Lippomano P. P. SOCIETATIS Jesu conce- *nidi Accioli-*
sa est, qui eam auxere plurimis ædificiis adiuncta extructio- *ni longe infè-*
ne pulcherimi Templi. *Patavin. in Chron. Murig. l. 3. c. 3. sus 1293. Ve-*
Scard. f. 95.

Hoc in loco anno 1686. ex Senatus Consulso erectum *Padua du-*
est Collegium pro Patritiis Venetis, primusque Re- *bus fuit, una*
tor anno 1637. D. Balthasar Bonifacius Archidiaconus *cum Carnero-*
Tarvisinus, deinde Episcopus Justinopolitanus, vir litte- *lo ejus fra-*
ratif. studii clarissimus præfuit; quo tempore hæc in- *tre, in pu-*
scriptio Octavii Ferrarii artis Oratoriz celeberrimi impo- *bliso foro pri-*
nenda collegio erat *Tomas. de Gym. Pat.*

UT VENETA Nobilitas, & futura Respublica litterarum *plexus, mi-*
contuberant ad magnæ fortunæ cultum informeretur, & *serè dilania-*
tus fuit.

Q q cap: Valerius

Muſchetta
Ord. Præd.
in Vita
Beati Joan.
Vinc. l. 2. c. 9
Roland. l. 7.

capaces liberæ dominationis ſpiritus hauriret, Senatus Venetus
in hiſ ſedibus numeroſam ſpem, & ipſa libertatis vota
Pudori ac Muſis commendavit.

In Templo Secus Aram Maximam humi in lapide.

- 2 Oſſa Hieronymi Capivacci in Patrio Archigymnaſio Medici primarii; ex veteri templo, ubi anno 1589. tumulata fuerunt. Hæredes PIMBIOLI † huc honorificentius transferenda curarunt. anno ſal. M. DC. LXXX.

† Gens hæc
de Bombiolis,
ſeu Pimbiolis
Bononia
originem du-
xit, unde
pulſa à Gbi-
belliniſ quod
Geremcorum
qui Guelpho-
rum erant
Principes,
hæc ſeque-
rentur, Pa-
lavium mi-
gravit anno
1279. Vide
Chirardac-
ei Hiſt. Bo-
non. l. 248.

In nobili Sacello S. Ignatii Humi.

- 3 Sancto Ignatio Sacello, & Ara dicaris, æternæ, ac labentis vitæ proſpiciens, ſibi, & agnatis me-
num poſuit Antonius Barifonius anno ſal. 1659.

Ibidem ad dextram in elaborato Marmore.

- 4 D. O. M. Nicolaus, & Albertinus Barifonii, religionis, & ſapientiæ nûmina. ille S. Joann. Tra-
gurienſis Abbas, & Com. Pat. altitudine animi,
& conſilii præſtantia illuſtris, univerſæ propemodum Italiae exiſtimatione, graviffimoq; Clementis
VIII. judicio Romanam in Curiam aditus, ſummæ
expectationi immatura morte præreptus eſt. ann.
ætatis. LV.

- 5 Hic Epûs, & Comes Cametenſis, in Aulis In-
nocentii X. Pont. Max. & Ferdinandi II. Cæſar.
Augu. pari pietate, ac prudentia, in R. ſuos. au-
ctoritate, celebritate apud exteros, Profuſa in æga-
nos munificentia cum paucis comparandus, ingenti-
bus de re Eccleſiaſtica, & literaria Meritis, publi-
cis lacrymis elatus eſt ann. M. DC. LXVII.

- 6 Abbas Nanticherius Cam. Pat. M. M. D. D. Cle-
mentis Noni, & X. à Cubiculo intimus, & Mara-

cellus Marchio Frater Barisonii Antonii Patruj ius-
sa, qui sacellum aere suo dicavit Sancto Ignatio
Lojola. S. S. Vestes Argent. supelactilem, &
Bibliothecā adixit, suis Parentisq; Fratribus hoc mo-
num. sibi, Gentilibusq; Sepulcrum ex condito cum
P. P. soc. Jesu extrui mandavit, plena fide exequen-
bantur ann. M. DC. Lxxxv.

- Ibidem ad levans in alio marmore pulcro valde.* *Dehujus non
bilis familia
origine, atq;
progenie vide
quod diximus
in Inscript.
agri Patav.
pag. 276.*
- 7 D. O. M. Ugolinus, & Nicolaus Barisonii ex
antiquis Vigontiae Dynastis avitae vitae ad milita-
rem gloriam amulatores, Alter militiae rudimentis
sub Alex. Parmensi positus, Regis Hispaniarum
stipendiis auctus, relaxam ex Belgio Galliaq; lau-
dem, à Veneto Senatu Coreyra & Cephallenia pre-
positus, difficillimis temporibus firmavit. à Regina
Maria Medicea vocatus in Galliam & à Ferdinan-
do I. Magno Duce Hetrusq; Civitatis Liburni ar-
cium, triremiumq; Praefectus, strenui ubiq; militis
officio perfectus, Obiit ann. M. DC. XIII.

- 8 Alter ex Ugolini Contubernio apud Maximilianum
Bavaram Rom. Imperii VII. Annis Belli & pacisq;
artibus institutus in Aedutionibus, & in Asia domi,
forisque claruit in Insubria, & Rhaetia, voluntarius in
Veneto exercitu Patavinorum cataphractorū ductor in
Caesareo pedum Tribunus, famam foribus factis exten-
dens, lethali vulnere antcepit eternitatis a. 1628.

Exstat in Ecclesia Cathedrali Genetensi altaris in Pa-

trie sub statua marmorea hoc ALBERTO

- 9 ALBERTINO BARISONIO Patavino ex anti-
quis Vigontiae dominis Episcopo, Comitique &c. pie-

tate, doctrina, munificentia insigni.

*Tanta fuit pietas Barisoni Antistitis Urbis
Ut huic moriens se daret atque sua.*

Sub Imagine Andrea Lippomani.

- 10 ANDRÆAS Lippomanus Patr. Venet. Ordinis Theutonicus Eques, & prior Aloysii Episcopi Veronensis Frater, humilitatis, orationis, Sacramentorum frequentia Venerabilis, Sacerdotibus Peregrinis, Ægris, aliisque longè beneficus. Omnium primus qui, donatis Societati Jesu certis redditibus, Omnium primum in Italia Collegium hoc Patavinum Anno 1548. Divo Ignatio tunc vivente, ac summi beneficii æstimatore, amplissimè fundaverit. Obiit anno 1574.

I N U E T E R I T E M P L O .

Prope Aram maximam Hieronymi Capivaccei tumulus.

- 11 Jacent hic CAPIVACCEI ossa quousque novum fuerit constructum Templum.

- 12 *Sepulchrum vetustum cum literis corrosis cum stemmate
duorum Arum.*

- 13 Sepultura D. MARGARITÆ olim Ux. Sier Andreae Mazzuchati M.CCCG.LXXI. XX. Decembr.

- 14 *in Ecclesia nova conditus est Felix Ofus * sine titulo.*

*Fuit artis O-
vatoris pu-
blicus profes-
sor, & histo-
ricus, cuius
vitam com-
plexus est
Tomas. in
is Elegiis.*

S A N C T I M A T T H I Æ .

Monialium Ordinis S. Benedicti.

COenobium hoc quo tempore constructum fuerit, ob ni-
miam ejus vetustatem, certò nobis non constat. Ejus
tamen mentio habetur in libro Congregatidnis Parochorum
anno 1147. Ecclesiam, cujus structura ex ligno constabat, ex

lapidibus architectari fecerunt 1200. Soror Michaelina Pataviana Ord. S. Augustini pio Reipublicæ Patavinae studio, *Portin. lib. 9. c. 35. & ex lit.* & hoc Monasterium ferè defuturum Sanctimonialium *Script. hujus Monast.* numero adaugto anno 1340. restituit. Eisdem deinde anno 1459. Moniales Monasterii S. Margaritæ Salarolæ Collis Euganei unitæ sunt. De quibus in nostris *Inscriptionibus Agri Patavini fol. 104.* demum Ecclōsia instaurata, & ornamentis condecorata fuit anno 1534.

In fronte Templi supra ostium exterius magnis literis.

1. Templum hoc MATTHIÆ Apostolo sacrum Faustina Campolonga Sacrarum Virginum Antistita veteris structuræ sicut in præsentem nitorem erexit, PETRO VALERIO S. R. E. C. Episc. Pat. Prorectoribus Ursato Ursato Eq., & Antonio Miliario Ann. D. 1627.

2. Hoc, quod cernis Templum in Anno M. CC. constructum, vetustate corrosum restauravit, ampliavit, & ornavit in hanc, quam cernis formam R. D. Elisabeth. Venera de domo Michaelis dignissima Abbatissa anno D. M. D. XI. Obiit III. Junii M. D. XLI.

Ad Aram Maximam.

3. Moderante Abbatissa Matre Faustina Campolonga Præfecta Catherina Zabbarella, Quæstoria Buzzaccarena Buzzaccareni, Prorectoribus Camillo Bonfio, & Aledusio Marchione Buzzaccareno hoc altare majus ab imo stylobatæ, ad fastigium, usque ex marmoreis selectis lapidibus maculosis, nec non variegata cælatura constructum est. Ann. M. DC. LXXXI.

Ad pedes Aræ maxime in simulaculo Monialium medio ex tribus.

4. Viator, laudabile Mariæ Angelicæ Coletti Regimen in tria sepulchra instaurata animadvertite, & Hic mortis memoria, Pietatis munia efflorescunt.

M. DC. LIII.

Versus

*Ferfus Templi medium inter Aram S. Rosarii, &
S. Margaritæ fratrum marmor elegans.*

De hac Nob.
famil. quæ in-
ter Pat. flo-
ret; vide,
quæ diximus
in Incl. Ag.
Pat. fol. 198.
199.

Ludovicus Pater, Æmilius Filius de Campolongis
in Patrio Gymnasio Medicinæ Professores; Ille non
absque emulatione; hic sine invidia inter primos In si-
nu Faustinae Plumbiolæ Uxor, Matris lectissimæ quies-
cunt. Hor. in amplexum traxit acerba mors Hiero-
nymum eximium spei Nepotem.

● Hic cineres Attilii Bolzera Medici peritissimi, Claræ-
que unica filia clauduntur. Sanctina Uxor, & Mater
respective moeræ Pietate Aram lapideam suprapositam,
quam hæredibus conjux extolli mandavit, erexit. Me-
morix ergo hæc insidi curavit. Anno 1662.

7 Anno Domini 1694. Die 27. Mæji. Hic jacet Do-
minus Lucas de Tüniolis Etatis sue LVII.

† Fam. nobil.
ex qua Guer-
cius ab Acli-
ol. cõprehen-
sus in obscuris
fimo cav. ere-
necatus est an.
1243. Ale-
xander Patr.
Pat. in pralio
mavali anno
1571. virili-
ter pugnâs in-
geruit. Eorum
domus ad S.
Petrum.
Roland. l. 7.
Port. f. 186.

8 D. O. M. & Sanctæ Margaritæ Ara dicata Franc. Man-
zomius Josephi Fil. Nobilis Patav. Matrî, sibi, & hæ-
redibus monumentum Pos. Anno Salutis 1674;

Horti ad Templi meridiem nobile marmor.

9 Moribus, vitæque integritate ad exemplum spe-
ctatissimæ, quæ annos agens 26. inter juventutis ho-
res Cœlum consecutura humanæ cessit caducitatit am-
plæ, ut commutari in lucis tenebras, videretur.
FRANCISCUS GRAMOLERIUS de Genuensibus
moestis. Uxori dilectis, & sibi, & Posteris H. P.
C. Obiit Nonas Octobr. Anno M. DC. Lxx.

Celebratur
inter eximios
J. C. Michael
Miliaria ext-

10 Hic jacet Præbyter Antonius de Miliaria Nobil.
Patavin. Obiit anno 1679. Die 11. Septembris.

Juxta

Juxta Aram Beatae Mariae Virginis altius in pariete quadratum marmor.

11 Haec Matris Dei Imago extra Oratorium diu jacens miraculis pollens, impensis V. D. Monialium S. Matthiae praesidente D. Hieronyma de Mastellariis Abbatissa hic collocata est anno M. D. XI. Die 18. Julii.

*minus mirisq;
Juris Profesi.
Vir acutissi-
mo ingenio,
et ferentia
non vulgari
Tumultus
est bunn in
Basilica D.
Francisc. in
Sacello ad oc-
casum, elogio
ita corroso, ut
omnino legi
nullo modo
possit.
Scard. t. 177*

In Sacrario.

12 Anno 1660. Reverendis. Mater Abbatissa Digna Maria Taveris Sacrarium, & anno 1666. Triclinium, atque Promptuarium instauravit.

Sensisepulchrum cum semisigura marmorea, in cuius pede vix cernuntur literae.

13 Hic jacet nobilis..... de GOZADORIS ..
..... & hujus.... Sancti Mat..... praefes.....

14 Sepulchrum..... de Galleriis, & Uxoris ejus, & prosterum..... M. DC. V. Die XV. April.

15 Sepoltura delle MADRI di S. MATTIA
M. DC. XVII. xxvii. Febraro.

16 JO. DONATO Leonino Patri opt. Bernardinus fil. pietatis ergo, sibiq; ac posteris ponendum curavit.
Anno Salutis M. D. Lxxxiv. Kal. Septembr.

17 Ibidem. *Sepulturae Anonimae quinque.*

18 AUGUSTINI Tagliardini Nob. Brix. eximia probitatis, & expectationis adolescentis hic sita sunt ossa, qui immaturo funere peremptus, dum in Patavino Gymnasio J. C. operam navaret, terram cum Superis comparavit. Etat. suae anno 25. Die 23. Martii 1643.
Petrus Frater mcestis, C. P.

2 D. Q. M.

19 D. O. M. Et D. JO. Præc. JO. BAPTISTA q.
Jac. F. de Pilatis Presbyt. Vicentinus Altare hoc à
fundamentis erexit, ornavit, & dotavit A. D. 1630

20 Opus fecit M. Antonio Zuccato l'anno 1627. Aprile
sotto il Governo della Rever. madre Madona Faustina
Campolonga Abbadessa, & la Reverend. Madre Sor
Samaritana Zanardi Priora, & la Reverenda Madonna
Suor Franceschina Campolonga Camarienga, &
la Reverenda Madre Sor Camilla Calza; Sopra la
fabrica, Madonna Orsolina Gesia Sacrestana.

In Capitulo.

21 Ann. Dom. M. CCC. XXIX. Indict. 11. Die 22.
Augusti. Hoc opus factum fuit per Albam Parè Ab-
batissam istius Monasterii lib. D. Z. pro anima D. Ar-
merisii de Malpileis. Orate pro eo Q. R. T. E. Abbat.

In pariete Viridarii ad Boreato.

22 Questo muro è fatto tutto sul terreno del Mona-
stero di S. Matzia, e dei suor dinari, e sic è fatto de
gracia à mi Luixè Tessaro de pagni de Lana, che i
Bordenali della sua casa, e la napa del camin eaza
sul ditto muro, con questo che mai ne lui, ne altri,
in chi vegnisse la casa, non possa lavorare niente in
lo dito muro. I se ha in breviaura per S. Giacomo
Nodaro ad. tre Lujo. M. CCCC. I. Baessa, Catari-
na Buzzaccarina.

In fronte Turris Campanaria in marmore specioso.

23 Turrem Sacram rudioris sæculi parsimonia humilem,
atque demissam, longaque ævi injuria ferè nutantem,
annuens Virginum Cætu, Catharina Zabbarella An-
tistice

tistes Faustina Campolonga Praefecta, Laura Maria
Zambellia Quæstoria; necnon Camillus Bonfius, A-
ledusius Marchio Buzzaccarenus Protectores, in hanc
latiorem faciem assurgere curarunt. An. Salut. 1682.

IN ÆDICULA S. S. MARCI, ET VITALIS.

Locus hic pius positus An. 1513. à MARCO LANDO
Patr. Ven. Prothonotario Apostol. ubi aluntur pauperes
Patres familias duodecim boni nominis filios habentes Com-
missarios hujus loci, unus ex nobili Landa Familia ab ipsis
duodecim patribus familias eligitur. In præsens est JOAN-
NES LANDUS Eques, ac Divi Marci Procurator, virtute,
ac pietate conspicuus.

*Ex Testam.
ipsius Marci
Landi.*

3 DEO OPT. MAX.
ET SANCTIS TUTELARIBUS SUIS,
MEMORIÆ QUE
MARCI LANDI PROTHONOTARII APOSTOLICI
HUJUS ORATOR. ET PII OPERIS FUNDATOR.
HIERONYMUS LANDO EQUES POS.
M DC. XXX.

3 Sepulchrum Q. clariss. D. VITALIS Landi Doct.
& Eq. ac D. Elisabeth ejus Ux. ac R. D. Marc. Proth.
digniss. utriusque fil.

3 Conditorium
Virorum
Curia Landæ

Conditorium
Feminarum
Curia Landæ

4 Admod. Rever. Patri Magistro
HIERONYMO Muneghinae Pat. Ord. Min. Convent.
Quem in Tracia Franciscanae Familiae Praefectum
Virtutis praestantia, & festinatis Honoribus,
Cum mors senem crederet, intra juventam rapuit.

Pp

Mag.

Mag. Michael Angelus successor amico benemerenti
 Hic nato, & educato gratum pos. Monumentum
 Loco erect. à benefic. Illustriss. & Excellentiss.
 Hieronymi Landi Equitis dato.
 Obiit Ann. D. M.DC. XXXVI. Ætatis suę XXXVI.

ÆDES VIRGINUM GASPARINARUM;
 Vulgò le Citelle.

1. Sanctissimæ, & Individuæ Trinitati
 Franciscus Gasparinus Patavinus cum Juliana Uxo-
 re, & Virginia filia hanc ædem, & domum servan-
 dis Virginibus suo ære testamento FI.
 Executores piorum etiam eleemosynis adjuti fieri curarunt
 Anno Domini M. D. IIC.
-

2. Hic jacet Ad. R. D. Petrus Marfinus Patav. egregiè Innocentiæ vir. Qui Harum Virginum Sacris Confessionib. præfuit duos, & viginti annos, & obiit die 29. August. 1682.
-

ORATORIUM S. ANDRÆ APOSTOLI.

- D. O. M.
 1. Oratorii Patav. sodales, ut suis conventibus obeundis certum locum haberent, FEDERICI CORNELII Antistitis optimi liberalitate, piorumq; hominum ope area coempta eadem hanc à fundamentis excitarunt, & Deipara Virgini, Divoq; ANDRÆ Apostolo, cuius festo die ante quadriennium instituta sodalitas est, dicarunt pridie Kal. Decembris ipso die D. Andræ Sacro 1583, PARQ.

PAROCHIALIS SANCTÆ CATHARINÆ
Monialium.

AD hunc locum Ann. 1627. 19. Octobris translatae sunt à **PERTO VALERIO CARDINALI**, & Episcopo Patavino mulieres illuminatae, relicto perexiguo Coenobio suo S. Magdalens, quod ipsis extruxerat Franciscus Zagus Sacerdos Patav. Vir pius in Vico Zutco anno 1550. (quod Coenobium relictum emere Moniales S. Sophiæ An. 1626. amplificaturæ Coenobium suum.) Quippe jam pridem **MARCUS CORNELIUS** Episcopus Patavinus impetraverat à **PAULO V.** Summo Pontif. redditus hujus beneficii curati applicandos his Monialibus, quibus extruendum curaverat per commodum Monasterium.

Scard. pag.
101. 116.
Port. lib. 9.
cap. 39.

- 1 Hoc sepulchrum cum Altare est Dominæ Fiæ Uxor^{is} Domini Alberti de Bulpario, & parentum ejus illorum de Lazara. Trium seculorum monumentum per templi instauratione incuriæ deletum. Laverzinius Rector ejusdem restituit.

De Bulpario
V. Insc. Ag.
fol. 333.

Ad Aram Sanctæ Catharinae.

- 2 Depictum hoc Illustrissimi Comitis Germani Angarani Vice Prorektoris consilio inceptum ann. 1646. Illustrissimi Petri Gangii Goudæ Batavi Prorektoris suffragio erectum anno 1653.

Ad Aram Sancti Joannis.

- 3 Ad sacrum quotidie peragendum, dispositione, & ære Lauræ Salla Pat. dotatum, & erectum.

In medio Ecclesiæ Humi.

- 4 Scholarum Alumnis Juridicæ facultatis studiosis, sepulchrum, Jacobus Bissarius Vicent. Comes Coste,

Fabricæ, & Castrinovi Syndicus Prorektor, Francisco Povey Anglo, & Thoma Trappa Brixiano Affessorib. pio universitatis decreto. P. Ann. Sal. 1652.

- 5 Sepulchrum magistri Francisci
& hæredum suorum 1374.

Antiqua sepultura in qua vix legitur.

. S Scou De Bulg
. M. CCC . . . L. X

*Fortassis
Nob. de Scovinis; famil.
olim de Bulgis dicta, ex
qua Antonius 7
ann. 1260.
quod de Rep.
Pat. optime
meritus Pre-
tor perpetuus 8
Montisilicis
constituitur.
Julius Scovinus ex centu
Nob. Patav.
in prælia Na-
vali contra 9
Turcas ann.
1571. virili-
ter pugnavit
ocubuit. V.
Bert. Fam.
Pad. & Por.
l. 190. eorum
sepulcra ad
D. August.*

1535. Ultimo die Mensis Augusti occubuit Dominus Presbr. BARTHOLOMÆUS de Mediolano Rector Ecclesię S. Catherinæ.

*Presb. Albertus hu. Pater Adis Amatus,
Quem genuit PARMIA, Paduae jacet tumulatus
Mille quibus jungas trecentum ter quoque decem,
Et duo præterunt Septembris sexque diebus.*

9 Presbytero FLORIO Floriorum generis, suisque hæredibus M. H. P.

- 10 Hoc est sepulchrum Domini taris
à Buscho fil. quondam Domini Bernardi, & ejus hæredum de anno Domini 1551. D. 26. Mensis Augusti.

- 11 Sep. della Fraglia del S. Co. de CHRISTO per le Donne M. D. XXVII.

12 Anno Dom. M. D. II. C.

Circum S. Baptismatis urnam.

- 13 GREGORIO Francuccio Cortonensi R.
M. D. LXXXV. M. Aug.

14

In tabella lapidea Muro fixa.

- 14 JANO à Bley. Enburch. H. F. ex nobili antiqua Bley. Enburchorum gente Patricio Dordraceno Batavo viro moribus ingenuis, vitæ integritate ornatissimo. Cornelius, & Damalus à Bley. Enburch. fratri Pietatis, & amoris ergò hunc titulum, ac tumulum moerentes merenti

D. D:

Ab hoc monim. D.M.A. Have frater & æternum vale.

Vixit An. xxxv. Obiit An. M.D. XCV. xxix. Aug.

S. T. T. L.

HOSPITALE FILIORUM EXpositorum

Vulgò la Cà di Dio.

DOMUS DEI.

EX publico Reip. Pat. decreto extructum ann. 1271. ad recipiendos filios spurios, qui, vel à violatis Virginitibus, vel à feminis impudicis exponuntur, ne dum criminis sui vitant infamiam partus suos aut prætocarent, aut occiderent, aut in flumen projicerent; hic olim dum fundamenta effoderentur Antenoris tumulus repertus fuisse perhibetur, & simul librarum Argenti plusquam triginta miliabim effossa Ann. Sal. 1273. *Tom. 1. Stat. Pad. l. 4. Scard. f. 101.*

- 1 Fratrea Capellanorum de Padua tenetur, & debet tenere unam lampedam perpetuam, quæ ardere debet continuè die ac nocte, & facere etiam duo Anniversaria in ista Ecclesia pro salute Animæ Domini FRANCISCI de Salgeriis Rectoris istius Domus Dei, & suorum.

- 2 Sepultura Venerabilis Viri fratris BENEDECTI de Castro Abbatia Sancti Salvatoris de Monte Amiato de Ordine Sancti Benedicti, qui obiit M. CD. IV. die XXI. Decembr.

2 Sepul.

Sepultura Venerabilis Viri Dñi Presbyteri DONATI de Brudigine olim Rectoris Ecclesie Sancta Mariae de Terradura qui obiit de Anno M. CCCC. XXIII. die ultimo Anni, & omnium aliorum Presbyterorum decedentium, tam in Domo Dei, quam alibi volentium in dicto loco sepeliri.

Fratulea Capellanorum Paduae tenetur omni Anno celebrare Anniversarium suum in Domo Dei.

4 JACOBI Maphæi Prioris benemeriti quietis locus. M. D. XVIII. XV. Martii.

Marmoreum sepulchrum Joannis Ludovici Lambertacii cum ejus imagine picta extra Ecclesiam.

Fuit in consulendo collega Angeli Perusini Fratris Baldi. Addidit Juristarum Collegio insignia statua, quae adhuc inusualiter à cœlis servantur.

5 Ecce LUDOVICII lapis hic tegit ossa JOANNIS, Protulit insignis, quem Lambertacia profes, Quique utriusque tulit Doctor diademata Juris, Orator mirus, facundo Tullius ore; Occubuit Padua geminos, qua luce subintrat Sol decies octo post Annos lustra ducenta.

6 Hoc sepulchrum F. fieri Magister LEONARDUS Bocaleca Rector hujus Domus in 1297. Ind. X. de Mense Maji. Hic jacet Magister LEONARDUS Bocaleca Rector hujus Domus, & alii Rectores futuri.

In peristyllo ejusdem Domus.

7 1414. die primo Maji inceprum fuit hoc opus existente Prior. Nob. viro Ser Fantello de Fantellis de Pad.

8 Hujus pars operis de munere Pacis honesta: Atogulari Silicis de Turre superstat Montis de Villa Patavino BARTHOLOMÆUS: Rector opum Fano jam clarus re. sacer ejus. Sexaginta dedit libras, & sexque que cepit. Tempore subsculptum Domi retinente sigillum M. CCCC. XXV.

SOCIE

SOCIETATIS S. MARIE A CARITATE.

EXtructa est Domus cum spatioſo atrio ſuperiori in ædibus Baldo Bonifacii, ut teſtatur ſequens inſcriptio, inſculpta Marmori, & affixa parietæ.

I Baldo Bonifarcio Plumbinati in utriuſque iure licentia-
to, Sibillaque de Cepto coniugi pudiciſſimæ, qui una-
nimes poſt ædificia Hospitalis, Templique D. Franciſci
cum ædibus, & porticibus à fundamentis ære proprio
erecta, ſacellum hoc cum annexis domibus pariter abſo-
lutum ſocietati D. MARIE à Charitate dono dedere an-
no à Chriſti natali 1420. Verum pene obſoletum ſo-
cietas tanti muneris non immemor laqueari, luminibus,
picturis, ſedilibuſque illuſtriorẽm reſtituit anno àb
eiuſdem nativitate 1579. & M. H. P. C.

Super oſtio in marmore magni Atrii.

2 Sacrum hoc Sacellum per aliquot annos ad uſum horrei pro tritico
conſervando habitum, nunc meliori pietate in priſtinum Sacrarii de-
cus reſtitutum, poſt loca inutilia reſtaurata, & in commodam hor-
reorum formam redacta, iterum vera religione colitur, ubi diebus
dominicis, & quibuſcumque aliis feſtivalibus ſacrum celebrari pro teſta-
toribus benefactoribus decretum eſt, partibus captis dierum 8. No-
vembriſ 1671. & 18. April. 1672. modcranribus Domino Io. Maria
Claver! Guard. Nob. D. RINALDO RIDO, Sp. D. Michaelẽ
Angelo Zanino, q. D. Angelo Rubino Gaſtald. Nob. D. Io. Iudaica.
Sp. D. Andrea Tagliaferro, D. Thoma Faremi, D. Heſtore Franco,
Diſpenſatoribus D. Nicolao de Sanctis, D. Franciſcõ Teſtolina,
Nob. D. Ant. Lia Syndic. Nob. D. Benedicte Baſſano Eq. Contra-
dictore, D. Antonio Ciconca Conſervatore legum, Nob. Viro Ser
Vbertino Carolo Papafava, Sp. D. Antonio Gazi adiunctis, Eccl.
D. Franciſcõ Tribelario Advocato; Sp. D. Io. Bapt. Donati Procu-
ratore, Sp. D. Iacobo Renalta Cancellario, Sp. D. Andrea Graſſeno
Quaternario. D. Auguſtino Como negotiorum gerente. An. ab eiuſ-
dem Nat. 1672. adi 22. Aprile.

EDL

EDICULA S. MARGARITÆ.

Fuit prioratus, cuius possessionem postremus habuit Innocentius Porcellinus Nob. Patavinus, post cuius obitum unitus fuit Abbatia Sancti Cypriani de Muriano, atque mox factus Iuspatronatus Nobilium Gradonicorum descendendum à Petro Gradonico Duce Venetiarum ob hanc causam. Abbatia Sancti Cypriani erat olim sita ad Insulam Matamauci veteris, eamque obtinebant Moniales Ord. S. Benedicti, quæ veritè ne mari absorberentur, ut ei Insulæ accidit anno 1108. transfere sedem Murianum in solum præfatæ Familiæ Gradonicorum, qui & Templum D. Cypriani extruxere. Verum extinctis Monialibus, Abbatia mansit Ius patronatus Gradonicorum, cuius ad perpetuam memoriam Jacobus Gradonicus Eques hæc carmina insculpsit Valuis.

*Del patronato qui non abscondo
De Santo Cipriano, cui n' h' à ragione,
E dell' Abbate ancor la electione
Che l' arma el mostra claro in questo sendo,
Ch' el Gradonico Iacomo s' è quello
El Cavalier, e descendent' d' ello.*

Contulere Gradonici diù hanc Abbatiam; cumq; demum eam contulissent IOANNI TREVISANO, hic ubi anno 1560. ad Patriarchatum Venetiarum pervenit, obtinuit à Romana Curia unionem Abbatia cum Patriarchatu: eam ob rem lites plurimæ inter Patriarchatum, & Gradonicos exorta sunt, quas tandem Sixtus V. composuit confirmata unione Abbatia cum Patriarchatu, & pronuntiato Prioratu S. Margaritæ cum suis redditibus Gradonicorum Iurepatronatus perpetuò. Eam hodiè obtinet Paulus Valaresso Zachariæ D. M. Proc. Filius Episc. Concordiensis. Præsul eximia virtute, vigilantia, & integritate nostro ævo præstantiss. futuro clarissimus.

In superliminare Ianuæ.

1 *Non fundus ullus, non mihi sunt prædia
Aliusve proventus, sed est Abbatibus
Piis habenda gratia bis hoc, qui sacrum
Dedere sanum CYPRIANI sumptibus.*

2 *In edis medio amplum marmor sepulchrale.
VINCENTII GRADONICI Prioris
Frigida Domus.*

S. BLA.

*ex de nominal. per 1607—
Aniversario: Caludia*

S. BLASII MONIALIUM ORDINIS S. BENEDICTI.

Ecclēsia pervetusta, cuius meminit Rolandinus, vel ab anno 1272. spectabat ad prioratum S. Gregorii Venetiārum; sed anno 1570. empta est cum domibus aliquot contigua à Monialibus Ordinis S. Benedicti, eodq; habitatum commenceverat à Monasterio Magdalenarum dicto, quod extra Portam S. Crucis erat dirutum ann. 1709. in Bello Maximiliani Cæsaris, ut notavimus in *Commentario nostro inscriptionum Agri Pat. fol. 38.* extruxere Moniales nobile ibi Cœnobium, An. 1606 pulcherrimum Templum. *Port. p. 477. & ex tab. huius Cœnob.*

Erant in hoc loco Raineri Bonelli Viri nobilis funus, a adificia, qua Acciolini iussu funditus eversa sunt.

In Tribunę medio buni in nigro marmore.

1. Hoc sepulchro Moniales condiderunt Benefactorem suū Petrum Quatrochium Ecclesię Patavine Mansionarium, qui vita functus an. ætat. IXC. Obiit 3. Kal. Mar. 1675.

Is mortuus in tormento una cum multis civibus in foro obruncatus est. anno 1342. quod de prodenda Civitate Marebiam E-

Ultra Templi magnum ostium sub Choro in quadrato lapide.

2. Alba de Dondis ab Horologio Marchionissa Papafava, hic iacet. An. 1680. Die 21. Januar.

stensi accusa-

3. Hic jacent ossa Hon. Civis Patavini Ser Io. Francisci Cyprii, olim huius integer. Mon. procur. qui 1495. Die verò 29. Sept. diem sum clausit extremum.

sus esset. & apertis dextris missendus esse à Patav. Rep. legatus Cæsari, qui de ejus tyrannide querere-

4. Alovisio Zerbo viro optimo, & peritiss. Gabrielis Medici præstantiss. filio; filię moestiss. posuerunt. Vixit ann. LIV. Men. VI.

Quem bene facta ferunt vivensem prodere morti:

Sydera nec parca, nec pia fata sinunt.

Obiit anno M. D. LVI. XI. Aug.

cur. Rolandin. fol. 49. Girardilib. 5.

5. ALEXANDRO dilecto filio prædefuncto, & sibi, & Marietę Uxori Franciscus Farifatus vivens posuit. Anno M. DC. VI.

6 MAGDALENE Uxori charis. sibi, posterisque suis Acharius Stal. Alemanus Mon. hoc usque in diem extremum faciendum curavit Anno Dom. 1542.

7 Ibidem. Tres sepultura: dua Monialium, tertia Nobil. Fam. de SANGUINACIIS * sine titulo.

Joannes ex hac nobilitate... medicus cum... ex sub aspectu... genus... moresque bonorum... dignoscere... in hac... ad causam... dicenda... profectus est... ibique... se expurgare... non valuisse... in... in... in... in... extruxit... honoris causa... Joanni Patri suo a Repub... Pat. dono d... Obiit in... exilio circa... tempora... au. ante Pe... orum Apom... Sardin. 202..

8 Hic jacent ossa Joannis Antonii Pisani S. T. D. Colleg. Omniumque S. S. Præp. nec non exam. Synodal. Obiit anno Domini M. DCC.

9 In hac Æde Conditæ D. Paulina de Lazara Monialis virgine innocetia celebris, Petro Ricordato in historia Monastica pag. 365. Auctore.

In Pariete.

10 JOANNI BAPTISTÆ FONTANÆ Brixienti egregio plectri ficedula modulatori, qui & Romæ à Summis Pontificib. & Principibus auditus, & invitatus honestissimis honorariis, & Patavii post præclaram navatam operam acerrimi judicii Præfiliibus Marco Cornelio, & hujus successore Petro Cardinali Valerio tandem sibi vivens, & honestè partis contentus, morte abreptus omnia sua piè admodum Deo, Ecclesiæ, & pauperibus Christi legavit, Curatores testamentarii posuere. Obiit die VI. Septembris M. DC. XXX.

Supra sepulchrum cum figura
POST TENEBRAS, SPERO LUCEM.



UNUM

IN VICO, SEU REGIONE PONTIS TVRRICELLARVM.

Parochialis Sancti Martini.



Ua licet vetustissima appellatur à *Tomas*, nos tamen quamvis adhibita omni diligentia ad deprehendendam ejus originem eam tamen reperire nequivimus, nec in historiis Patavinis, imò neque in codicibus Episcop. Cancellaria. Tantum in *Ungarello* legitur eam extractam fuisse Anno M. C. LXX. post CHRISTI Adventum. Aliquorum sententia est illam fuisse aedificatam à Carrariensibus quorum prope *Aedes* erant, eorumque fuisse Sacellum.

Extra super ostium Templi ad Orientem.

sub Icone marmorea.

- 1 Sebastianus Scarabicius Pat. virtute, & integritate clarus, in Patrio Lyceo quinquaginta annos Medicinæ praxim extraord. in primo loco summo applausu docens, hanc ære suo pia charitate ad honorem hujusce Ecclesiæ S. Martini posuit Ann. M. DC. XCIV. Annuente, & patrocinante Illustrissimo, & Excellentissimo D. D. BERNARDO Memo Prætorè verè inclyto,

Alius à Terra prope ostium ad occidentem.

cum effigie marmorea.

- 2 Jacobus Scarabicius Patav. Filius Illustrissimi Dom. Sebastiani, qui totum prospectum hunc marmoreum à fundamentis erexit anno M. DC. Lxxxv.

3

Olim in Pala Aræ .

Hos quales spectas nostro inflammatus amore
 Pectus BONZAGNA JACOBUS de stirpe RAVENNA.
 Urbe Jatus Mense Augusti fugiente subibat
 Mille quadringentos vigenus septimus annus.

Ante gradus aræ marmor amplum insigne nimis .

MARCULINUS Eques, pariter
 Cui natus, & Eques BONZANINUS
 Erat. genuit hinc inde
 JACOBUM, optime qui novis
 Canones, & jura quiritum;
 Et Patrem, & Natum lapsa
 Hic tenet. ecce Nepotem.

Sepulchrum nobilium puerorum de PAPA FABIS.

Monumentum JOANNE Buxeo, e per si,
 e li soi eredi. M. D. XXVIII.

PIERO Bichio Osto alla Campana.

Sepultura providi viri Ser PETR. SAXO, fuorum-
 que successorum. M. CCCCC. III.

LUCRETIE Conjugi dilectæ Simeon Expertus Ma-
 ritus posuit, sibi que ac hæredibus M. D. LVI.

Matthæi de Zaninis dicti Rosetto de Sorth. hære-
 dum sepultura M. D. LVIII. XXI. Januarii.

Ad Altare SS. Marsini, Marci, & Antonii.

Altare della Confraternità delli Portalettere da Pa-
 dova fatto l'anno 1617. essendo Sindici, e procuratori
 Marc' Antonio Badia, & Antonio Caldugno.

Sep. cum stemmate Leonis deambulantis, & trium Stellarum.

13 Ossium

Jacobus Eq. 4
 et Doct. ad es
 gymnasii jam
 pridem Prin-
 cipum Carra-
 riensi quæ an-
 no 1405. Frân-
 cisco Juniore
 Domino Pad.
 in banc fam.
 transierant
 anno 1493.

Marino Veneo 6

Marino Leone

Prof. Bernar-

do Gio Hyspa-

no de Valentia

Reftore Juri-

stiarum con-

cessit, ut hic

publica sebo-

la construeret-

tur. Tomaf.

de gym. l. i.

stirps hæc Bõ-

zanina, seu

Bonzagna

Bononia an.

1190. Patru.

commarvis.

Urf. fol. 376

11 Ghirardac-

ci fol. 286.

ann. 1365.

Bonzaninum

inter Consules

seu Senores

13 *Ossium, & reliquorum Cadaverum, quibus Anatomici humanam naturam rimantur, conditorium.*

In pariete extra Ecclesiam.

14 Hoc est Monumentum Ser GERARDI Cavali de Parma, & suorum heredum.

Urbis Bononiae recenset, & Bert. Famil. Pad. ex Consilio Civitatis sex Consules hujus Urbis ex hac familia fuisse scribit.

PAROCHIALIS S. CANTIANI.

IN hac antiqua Ecclesia, † Ann. 1180. Nona Junii solemniter receptæ sunt additæque dictioni Patavinorum Urbes Canevensis, quò Prætorem misere Gualpertinum à Vicoaggeris, & Castrum Conegliani, quò Prætoris officio functurum misere Frigerium de Capitibus Vaccæ. Ea Ecclesia restituta est Ann. 1617. *Cald. lib. 2. Bonif. f. 169.*

† *Ante annum 1130. extrusa est. Uri. fol. 299.*

Super Templi Ostio.

1 D. O. M. Sanctoque Cantiano, & Sociis Martyr. Piorum ope meliorem in faciem, ac formam restituitur. M. DC. XVII.

In superliminari aditum Parochialium in rudi saxo. Ann. 1555. effuso, & ibi affixo.

2 M. C. LXXIII. VIII. Martii. ARSIT PADUA.

Orta enim eo tempore seditione inter Jordanem Forzateum, & Lucum Transfalgardinum, iniecto à quibusdam sectatoribus occulto igne in domum adversæ factionis, eo incendio ferè Vrbs (quæ tota ferè lignea erat) conflagravit. Eo tempore hi versus conditi fuerunt, quos vetustatis probandæ gratia inscribendos, & posteritati tradendos dignos esse censuit Scard. fol. 27.

*Marchia ploravit Paduam quod flamma cremavit
Urbis maiores tres partes, & meliores.*

Anno milleno, centeno, septuagena,

Nec non & quarto: nonas haurit quoque quarto.

Quod fuerant secula sub terra collige meta.

Sæcænta veri his mille domus cecidero,

Bis septem pene tot collige cum ratione.

Hoc incendio monumenta quamplurima terram Patavinarum perdere; domus consumpta 2614. Tomaf. de Gym. f. 359.

Supra

Visebali te-
pore Scard. in
bac Sacra
ade sepul-
cbram Chri-
sti speciosissi-
mum ex cre-
to ab Andrea
Riccio, seu
Crispo effictū
& fientes
circumquaq;
imagines fi-
diles, qua
spirare vido-
bantur. Et
propterea &
cuncto populo
in die Para-
scoe singulis
annis summa
cum venera-
tione saluta-
bantur. Vide
supra fol.
183. n. 32.

Supra ostium Ecclesie.
D. O. M. Sanctisque Cantiano, & Sociis Martir. pio-
rum ope in splendidiorem faciem, cultumque restitu-
tum. Anno Salutis M. DC. XVII.

Ibidem in Pariete Aedis duo Monumenta.
*Eclipsatur apex Medicina, lux Medicorum
Hic extincta iacet, celebri gravitate verendus
Bartholomeus erat, genitus cognomine Campo.
Tam huius desertus ager, viduas Apollo,
Et studiosa tribus mixtim sua damna queruntur
Accedat querulis huc postera planchibus asae
Hunc tantum lugere Virum, qui mente quiescit
Cum Iove stet titulis vivax sua fama per avum.*

4 Cæsar Mantua Pat. I. V. D. huius Ecclesie Rector, cum Annos fe-
rè XXVII. Sacerdotale officium pie administrasset in omnibus suis
bonis fabricam huius Ecclesie heredem instituit, tanti ergo benefi-
cii gratia, & in huiuscemodi Christianæ liberalitatis memoriam hæ-
res, & Commissarii ex Testamento non immemores poluere.
Obiit anno M. D. XCV. secundo Ianuarii.

5 *In polito lapide ad Aram maximam.*
D. O. M. Et Beatissimæ Virgini Deiparæ MARIE San-
ctisque Cantio, Cantiano, Cantianillæ, & Proto, nec
non Michaeli, & Hieronymo tutelariis suis, Hierony-
mus Tirabuscus Altare hoc suo sumptu erexit, ornavit,
instruxit, idem mortalitatis memor sepulcri apendicem
sibi, & suis vivens posuit anno Domini 1611.

6 Hieronymus Tirabuscus in novissimam usque vitæ repa-
rationem sibi, & posteris locum quietis paravit.

7 Nascimbenus Pectenellus Iurisc. P. C. 1550. 21. Augusti.

8 Hic manent ossa Magistri Baptiste de Cornalie Aro-
matarii, & suor. Q. hæred. Obiit die 29. Iunii 1529.

11. *Celsus, & Antonius Bolzetæ fratres fecerunt uterque f. filius carissimis, hic etiam uxori amantissime, & sibi, & suis, posterisque eorum Anno Dom. 1618.*

- 12 *Ad Aram S. Io. Baptista est sepulcr. illorum de Rusca.**
- 13 *Ad Altare S. Caroli Nobilium de Caputibus Vaccæ.*
- 14 *Sepulcrum vetus de Perotis restauratum An. 1611.*
- 19 *Sepult. Fratres S. S. Sacramenti sine titulo.*

*Fuit ex hac familia Fr. Hieronymus Rusca Ord. Præd. Episcopus, & pietate, & doctrina insignis ab Ecclesia Catariensi in Illiria à Gregorio XV. an. 1621. ad Iustinopolitanam vulgò Capo à Istria translatus; quem Paulus Naldinus in sua Cronograp. Ecclesiast. fol. 104. Patavinum facit.

16 *Luca Cecolino Ariminensi Petrus, & Andreas Sacerd. Peregr. ac Hieron. filii Bursæ Aromatarii pientifs. pos. M. D. XLVII. Kal. Novemb.*

PAROCHIALIS S. LAURENTII.

O Vam Brocardus Episc. Pat. Anno Christi M. XXXII. una cum Ecclesia S. Canciani Monasterio S. Stephani subiecit; fuit autem consecrata Ann. 1316. à Petro Episc. Nazaret, ut indicat sequens marmor in pariete Ecclesie alixum sub Porticibus extra ianuam Aquilonarem.

CONSECRATIO TEMPLI.

M. CCC. XXVI. Indi. IX. XI. Mensis Iunii in Festo Barnabæ Consecrata fuit ista Ecclesia in honorem S. LAURENTII cum tribus Altaribus, A. B. Mariae Virginis, B. Laurentii, & B. Silvestri per Venabiles Patres Petrum Archiepiscopum Nazaretatum: Sesionem Episcop. Adriensem, Guidonem Abbatem Vangaticæ, Conradum Archiepiscopum, & Gutredum Vicarium Domini Episcopi, & per alios multos Prelatos, & Clericos cum Indulgentiâ triuaginta annorum, & trium quadragenarum semper eodem die, & per octav. Hoc factum fuit sub regimine Presbiteri Simeonis, & Domin.

Scribit Pignorius locum hunc olim extra Urbem fuisse, additumque sepulchris publicis Ethnicorum, quandoquidem ex more Trojanorum extra mœnia sepeliebantur (ad vera) quæ appellabatur Pulcella, Bustice

Ibidem alius in albo marmore.

D. O. M.

LAURENTIO PIGNORIO

Alteri huius Ecclesie primam Parocho

Deinde Tarvisi Canonico

Pietate, ac morum sanctitate spectatissimo

Vere

22. Culinæ.
Et quod ostendit
ingenio cupia
Urnae sepulchraliam
etate eius de
Pignorii inveniarum,
dum a officio
suum quorundam
fundamenta ponentur,
eius tractu, quem
Petræcia S. Laurentii
ambit.

Verò candoris, & pudoris exemplo
Literarum omnium cum graviorum tum positiorum peritissime
Penitioris antiquit. nō minus certō quā curioso indagatori
Patriæ amicorum, & sui ipsius memoriæ
Luculentissimis scriptoribus propagatori
Mufarum denique & gratiarum corculo, & ocello
DOMINICUS MOLNUS Sen. Ven.
Amico, ac hospiti carissimo, & iucundissimo P.
Obiit An. CI. I. CXXXI. Idibus Junii
Vixit Ann. LIX. Mens. VIII.

Ibi ad dextram januæ introeuntibus vetus lapis.

3. *Offa MODENNI clauduntur marmore tanto
Quem tulit Amutina proles MALATIGNIA quondam
Musicus ipse fuit patria splendor quo docusque
Acque suis Patriam meritis ad sidera duxit.*

Extra eandem portam Aquilonarem sub porticu alius in
Arca muro suspensa.

4. *Petri Zabarella Tribuni Milicum, ubi conditus est Camillus
Zabarella, cum tabella inscripta.*

D. O. M. Ut hic estremum expectet diem, beatamque
spem, & adventum Magni Dei **CAMELLUS ZABA-**
RELLA M. D. LXXXVI.

5. *Visitur Mutina in Basilica S. . . Aurelii Zabarella epitaphium.*
Corporis, animique dotibus ornatissimo forma, ac forti-
tudine egregia, virtutis causa ab Sereniss. Murinæ Du-
ce Catafractorum Ale Præfecto. In ipso magnarum re-
rum apparatu fatis properantibus raptō. Creusa Zaba-
rella Uxor moestiss. P. Anno

Extra maiores valvas ad levam ingredientibus aspicitur arca Sepulchra-
lis quatuor inmixta columnis intra quam in arca cupressina, quæ alte-
ra plumbea includitur iacent, ut fama est **ANTENORIS** cineres
reperiti Ann. 1274. dum iaciebantur fundamenta Hospitii Infantium
expositorum, quod vulgò dicitur *Calad diu*. Hi cineres primum
solle-

collocati sunt, è Regione domus Lupati de Lupatis Consol. Urbis Doct. ac Poetæ insignis: At Anno 1283. translati sunt eum in locum in quo nunc extant, inscriptis per ipsum Lupatum his versibus.

6 *Inclutus Antenor patriam voce nisa quietem,
Transtulit huc Enetum Dardanidumque fugas.
Expulit Euganeos, Patavinam condidit Urbem,
Quem tenet hic humili marmore cæsa domus.*

Supra Arca pinnaculum.

Potestate Nobili Viro D. FANTONE de Rubeis Cum hic Fantonester Praetor fuerit vid.
de Florentia perfectum fuit hoc opus.

In altera parte sepulchri.

Cum quater alma Dei natalia viderat orbis

Post decies octo mille ducenta super.

Extulit hæc Padua Praeses, cui nomen OLIVÆ

Cognomen Circa, patria Floris erat.

1284. 1285.
1295. conjunctus monumentum positum primis duobus annis Praet. ipsius.

Anno deinde 1354. ALBERTUS della SCALA Dominus ea tēpestate Paduæ cum curiosius inspexisset ossa Antenoris ejus gladium à Patavinis petiit, qui eum illi concessere.

 ROLANDUS, virtute animi generosus in omni
 Dote nitens dextre tremor hostibus axis amicis
 Ardens Parmigenis lampas pietatis afillum
 Supra hominem cinctus titulis MARSILIUS armis
 Strenuus, irriguus, librati consilii fons,
 Spes patria, domuique jubar Parma decus altum
 Quid PETRE Musa canet de te nisi quod Polus unquam
 Non fluxit probitate parem, nam DUX Vaser alter
 Scipio magnanimus fueras super ardua Martis,
 Edoctus ducisse acies per bella furentes
 Testis adest VENETUS super bis, & Lilia rubra,

Quos procul à Patria busto hoc fortuna coegit
CARRERUM affines commixto sadere tegē
Corpore formosos, animi virtute coruscos
Imprime Romuleis horum sua gesta triumphis
Posteritas, linguis resonis recotenda per avum
Ut locet à dextris Deus hoc supplexque precare.

Ecclesia, &
Bononiensis
frenuē unā
cum Rolando
ejus fratre
tinetur, cum
Rolando, &
Petro fratri-
bus an. 1336
deficit à Sca-
ligeris, &
Venetus fu-
git. A. Ve-
netis Dux e-
xercitus con-
tra Scaligeros
Padua Do-
minos creatus
est; pugnavit
contra Castrū
Salinarum, &
recusat bellū
capere libē
propositum à
Maffio Sca-
ligerō

65 FERANDUS Tormentorū muralium pro Sere-
nif. Rep. Veneta Generalis Præfectus Patavinū admif-
fo exercitu fortē secedens Avorum memoria coluit.
Anno M. DC. VII. Mense Decembri Die VIII.

PETRUS
pugnavit pro
Munna co-
tra Scaligeros
& Eberhes
an. 1372. cū
Carolo Fran-
cis Regis
Robert ne filio
Ref. in m. &
Ecclesiasticū
extremū
contra rebel-
les Ecclesia
duxit an.
1373. A.
Francisco
D. ANTONIO
LO Duce
Imperator e-
xercitus Ven-
etorum ele-
git est an.

66 Humi cum figura marmorea Mulieris.
Hac de Franciscis legitur CATHERINA sub Urna
Cui natale solum STAZIA Tusca dedit,
Prudens, justa fuit, morum gravitate venusta,
Norma pudicitiae, splendida cela boni,
Strenuus, insignis conjux BONIFACIUS illi
Marchio SORANÆ stirpe satusque LUPA.
M. CCCC. V. D. XX. Jun.

Supra Aram D. Bonaventuræ

67 Altare hoc D. BONAVENTURÆ dicatum renova-
vit R. B. F. JOAN. ANT. Bellanus Pat. Superiorum
permiffu. An. M. DC. XLII.

Anne Aram S. Sebastiani, & S. Ursulae in basi.

68 Christo Dei filio Crucifixo, ac D. Bonaventuræ
Gregorio, Sebastiano, Ursulae, univerfoq; Commar-
tyrum agmini, Frater JACOBUS MASTELLARIUS
Patav. hanc Aram cura propria dicavit Anno Dom.
M. D. LI. Kal. Decembris.

1336. contra

Maffinum

Scaligerum,

excurso Agro

Patarino, Pa-

tuam obsedit,

Scaligeris

ademit, quam

Veneti Marfi-

lio Carrarien-

si restitunt

ann. 1337.

Cum Ferti-

no Carrar.

Marfilio Pa-

pafava, &

Paulis, ducto

exercitu con-

tra Montifi-

lino castrum,

in illa obsidio-

ne, & in lan-

tea vulnera-

tionis interit,

cujus cada-

ver Patavin

delatum regio

funere hic co-

ditum est.

Vide Cor-

tut. libr. 4.

5. 6. 7.

Bonitac.

libr. 9.

Jo. Baptist.

Cont. p. p.

libr. 8.

Ung. I. 3.

Paul. Mau-

roren.

Et In-

script. Agri

Parav. fol.

293. 315.

336. 381.

69

Humi sepulchrum cum figura Lapidea Viri
rogati, cum Stella pro stem-
mate, & literis.

Clara animi virtute nitens diademate Legum

BAPTISTA insignis jaces hic de stirpe creatus

INGLESCA quam pace sua Constantia vidis

Roma etiam Antonium dum Sanctum nomine dictus

Nunc jaces hoc solo depressa in funere tristi.

M.CCCC.XII. XXI. Mensis Septembris.

70

Propè ostium Sacrarum in pariete in rudi lapide.

Qui legis hac fratris PAULINI cerne sepulchrum,

Pars jacet hic, ejus pars tamen astra tenet,

Astra tenet quoniam pacem dilexit, & illam

Servari monitis sanxit in urbe suis,

Cujus multa licet fuerint praemia saltem

Haec tibi qua referas accipe posteritas;

Vir fuit in laqueo vite longaeus honesta,

Affiduus norma dogma tenere sua;

Dulcibus eloquiis cui persuadere quietem

Civibus, & Patrie sedula cura fuit;

Pacifer hic Patava sedavit scandala terra,

Exulibus patrios restituitque lares;

Fœdera dum REGI ferret laudando BOEMO

Urbe Tridentina, turbine febris obit.

Transtulit hic carum PADVÆ Respublica corpus

Quod coluit templo quo cubet ipse suo.

Dena bis in Tauro praebebat lumina Titan

Cam tribus exorto mille trecenta Deo.

ibi propè Sisti IV. memoria.

71

Frater FRANCISCUS de Savona adhuc pubes ab Antonio
de Rusconibus Generali ministro Ordinum Minorum, Patribus
sacri hujus Conventus religiosè instituendus, & sacris litte-
ris imbuendus oblatus est, ac studiosissimè commendatus,
apud quos moribus, & eruditione proficiens, per omnes
scholasticos dignitatis gradus, ad sacrae Theologiae magiste-
rium legitime conscendit: Adjutus etiam à quibusdam devotis
civibus, & praecipue ab Elya de Como viro probò, & libe-
rali: Adsumptus demum ad Papatum, & SIXTUS IV. nun-

cupatus; ne ingratiitudinis notaretur infamia; plenariam Indulgentiam perpetuam duraturam Ecclesiae DIVI ANTONII initiatus cuncta sacrorum ordinum primò perolverat, & Deo Opt. Max. devotissime religiosissimeque servivit, liberalissime concessit, quam Julius Papa II. suus Nepos, ut patet, declaravit, & confirmavit.

Ante veteris Chori ostium circa figuram fratris quiescentis.

72 Hic requiescit in pace Rev. P. F. BARTHOLOMEUS Magist. S. Antonii, qui obiit XVI. Februarii M. CC

73 In aditu ad primum Claustrum Coenobii ad dextram Familiae Paradisiae.

Stirpe PARADISI Germani, Bartholomaeus,
Aequae Ludovicus hanc statueret Piram,
Ab NICOLAE studens legum genitus LUDOVICI
Huc primum ingrederis mors furit ante diem,
Ordine praeverso Maji lux dena quaterna
Te rapuit mundo, scandit ad astra celer.

74 Ab hoc non procul in Arca marmorea Bonzanielli Vigontiae Epitaphium.

Nobilitas animi, generis que VIGONTIA mundo
Naxina qui jaceo clara dederit mibi,
Fidus CARRIGERIS virtute probatus in armis,
BONZANELLUS eram, quando necesse fuit;
Quae domus haec? ubi te invenit celeberrime frater,
R. NICOLAE? dominus nos tenet arcta duos;
Quid sumus, aspicias gradiens hoc calle viator,
Parva mora est in terra carne futurus idem;
Sedibus Elysiis dentra parva locemur,
Mente velis tacita sollicitare Deum.

In tanta invidicia consilio
bus suis Francisco Petrarca,
ut illum in secundis
haredibus scripseris.
Complures legationes ad
multos Reges, & Principes
sub Francisco Carrariensi
Principe Florentiae ducis
Cortell.

75 VICTORIE VIGONTIAE, Joannis Baltraminus

Gente non
femel Legatus
pro Patavina Repu-
blica ad mul-
tos Principes
missus fuit
Prator Vin-
centia, Cre-
mona, Florē-
tia, & Pe-
rusia. Ob An.
1342.

Ex Scard.
fol. 165.

De hujus fa-
milia origina
Vide Inscr.
Agri f. 276.

& Viguntius Doctor, & Eques Vir hanc curavit in-
staurari. Hæc obiit Anno ætatis suæ xxviii. Anno
autem Domini M. D. Lxxii.

In marmore Sub figura Militis armati
Friderici Lavellonghi.

Rektor in officiis magn. Romæque Senator
Electus, probitate animi FRIDERICUS, in armis
Strenuus iste fuit miles, pius, atque severus,
De LAVELLONGO, quem novit Brixia natum.
Osse a patre Saxo clausa est, mens gaudet in astris,
Famosum meritis, nomenque celebre relictum.

M. CCC. Lxxii. Ind. Decima Die prima de Mense Sept.

Ungarellor.
famil. eadem
antiquis. &
nobilis illorū
de S. Lucia,
es de S. An-
drea jamdu
extincta.
Hjus ampla
domus olim
in vico S.
Lucie.

77 Arca in pariete cum Stella fortasse Ungarellorum in qua
hodie conduntur illi de Vitalianis, & sepul. hujus cum
eodem stemmate.

78 Hæc est sepultura nobilis FEDERICI filii Domini
Aldolfi Comitis de Nassauue, qui obiit Anno Do-
mini M. CCC. Lxi. Vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ
Virginis, cujus anima requiescat in pace. Amen.

Ante Aram Quinque Martyrum, Fratrum sepulture
tres, in quarum una legitur.

79 Juris Pontificii, & sacre Theologiæ Doctor JOAN-
NES PETRUS Belunensis ex Ordine Minorum hoc
sepulchro merito conditus fuit, Die VIII. Augusti,
M. CCC. LX.

Supra Turris sacre ostium cum figura lapidea
militis quiescentis.

De ZABARELLIS urna ossa tenet ampla Marini,
Suscipe Virgo preces, animum in tua regna retinde,

Barbol. ex
hoc nob. gento
Jur. Interpres
celeberrimus
suo arabico

Logum

Regum Canonumque fessam tua liceat in arce morari.
MARINO Zab. seniori Juriscons. maximè me-
 morando, obidque indigno cujus sepulchrum tam-
 diu neglectum ignoraretur, grata agnatorum po-
 seditas H. M. B. M. restituit.

Obiit anno Domini M. CCCC. XXVII.

*pisc. Spala-
 tensis, &
 Florentinus.
 Legatus Apo-
 stolicus ad
 Hispanor. &
 Gallor. Reges
 ab Eugenio IV.
 Pont. Max.
 S. R. E. C.
 designatus in
 reditu obiit
 12. Augusti
 1445. Vacavit
 sedes Floren-
 tina per annos
 circiter; cum
 non facile da-
 retur, quin
 ea sede vaco-
 viro succede-
 ret; suffectus
 est andreas
 Antonicus
 Ord. Præd.
 ille magnus,
 clarusq; mi-
 raculis, &
 doctrina qui
 innumera e-
 didit libror.
 volumina,
 quem in S. S.
 Catalogo Ca-
 listus III. an-
 1454. as-
 cripsit.
 Vide Auf-
 Zabar. fol.
 179.
 & supra
 fol. 11. 12.*

Propè sacellum S. Catherinae familiae Zabarellorum.
M. CCCC. LXXXI. And. IV. Abavo, Jo. III.
 Proavo, Dan. II. Avo, Bar. III. Patruo magno
 Jurecons. & Equiti, Jacobus II. Anr. Zabarella bini
 Jurisc. ac miles, sibi, suisque aliis ab Imp. Sigif. ma-
 gnificis, atque inter illustres habitis restituit.

32

D. O. M.

Sacrum, & posteritati **ASCANIO** Zabarellæ Francisc.
 J. C. & Equitis F. Qui expeditionum Germanicarum celebri
 Tyrocinio, & clarissimorum Imperatorum contubernio, rei-
 que militaris universæ notitia, & usu olim clarus nuper bel-
 lo Mantuano pro Serenis. Republica propriis sumptibus, &
 domestico Equitum manipulo per quatuor annos manu prom-
 ptus Consilio pollens assiduam, & fortem operam navavit
 demum clade postilitatis in ætatis flore, & meritum messe
 non sine amplissimi ordinis dolore interceptus diei obiit prope
 Pontem Alieniacum Anno Ætatis XXXVIII. Salutis M. DC.
 XXX. Lucia Mater; & Lucina Uxor Lucis usura in gratiis
 fruentes posuere.

*est andreas
 Antonicus
 Ord. Præd.
 ille magnus,
 clarusq; mi-
 raculis, &
 doctrina qui
 innumera e-
 didit libror.
 volumina,
 quem in S. S.
 Catalogo Ca-
 listus III. an-
 1454. as-
 cripsit.
 Vide Auf-
 Zabar. fol.
 179.
 & supra
 fol. 11. 12.*

In sacello S. Agatae Domus Buzzacharenæ.

33 **D. M. THEOPHILO BUZACHARENO**
 patri optimo, & Ursinæ Cremæ Matri indulgentissi-
 mæ, ac Mariæ Buzacharenæ Uxori dulcissimæ; 179.
SCIPIO Buzacharenus, sibi, & posteritati suæ
 gentilicium hoc sepulchrum instauravit M. D. LI.
 Mense Martio.

*est andreas
 Antonicus
 Ord. Præd.
 ille magnus,
 clarusq; mi-
 raculis, &
 doctrina qui
 innumera e-
 didit libror.
 volumina,
 quem in S. S.
 Catalogo Ca-
 listus III. an-
 1454. as-
 cripsit.
 Vide Auf-
 Zabar. fol.
 179.
 & supra
 fol. 11. 12.*

34 **SCIPIO** Buzacharenus vivens; sibi, posterisque suis
 faciendum curavit. Anno Domini M. D. LI.

35 ANGELO

De hujus anti-
 quiss. fami-
 liæ origine,
 vide quæ di-
 ximus cum
 Ur. in In-
 scriptis. Agri
 Pat. t. 242.
 & supra fol.
 45. 46. 47.

85 ANGELO Buzachareno Juris interpreti excellen-
 tissimo, Salius Jurisconsultus frater benemer. po-
 suit. M. D. LI.

Sursum in arcus initio magnis literis.

86 SIGISMUNDUS Gonzaga, Ursina Crema, Scii-
 pio Bonfilius ob amor. memoriam æternam P.
 M. CCCCC. XCV.

87 SIGISMUNDO Gonzagæ Car. Ursinæ Crema,
 Scipio Buzacharinus fil. ob amborum benevolentiam,
 & æternam memoriam posuit. M. D. XLV.

Facent in hoc
 cumulo Fri-
 dericus Capi-
 listius Com.
 Insignis J.U.
 Consul. qui
 cum esset vir
 summa pru-
 dentia à Pat.
 Repub. ele-
 ctus est, qui
 Vicentia pri-
 mus. Prator
 miseretur ad
 confirmandos
 dubios incen-
 dinor. animos
 in fide &
 ciuiles dis-
 cordias exue-
 rat, quod
 reversus in
 patriam ann.
 1271. feliciter
 reportavit.
 Joannes item,
 Gabriel, Bar-
 thol. & An-

*In sacello S. Prosdocimi Familia Capitistia in
 lapide sub stemmate legitur.*
 L E A L D E S I R.

In Sacello S. Ludovici.

89 Sepultura Domini FRANCISCI de Salgheriis, o-
 lim administratoris Domus Dei de Padua per annos
 xxx. & ultra. Qui obiit an. Domini M. CCC. Lxxv.
 die Martis xiiii. Mensis Martii.

90 JOHANNI ANTON. Lido Patav. clariss. Medi-
 co, sibi, & suis omnibus F. Ann. Christi M. CCCC.
 Lxi. Kal. Octobris.

*Juxta Sacellum novi Sanctuarii, olim illorum de
 Turcbetis marmor in pariete.*

91 ANDREAS Argolus S. C. Eques D. Marci, &
 in Patavino Gymnasio P. Matheos Professor, pro
 familia sua inter Marfos jamducdum Clarissima, non
 magis quam pro Republ. Astronomica improbis penè
 laboribus

laboribus perfunctus, animum aeternae quieti adven-
tens V. S. L. M. Anno aetatis Lxxvii. Red. Mun-
di CIO LDC XLVIII.

Nobilitas, virtus, proles, absentia, bonorque

Auxilium: non patriana sustulit invidiam.

Astrosum motus omnes; archanaque prompsit

Destera: mens haeret, qui movet Astra, Deo.

Ibidem verò humi.

92. Praesides Nofocomii D. Francisco dicati; ad quos cum
Turchetae gentis hereditate jus Sacelli hujus pervenit, viro pra-
stantissimo, ac celeberrimo locum monumenti summo assen-
su concesserunt. Anno Sal. M. DC. XL. VIII. Kal. Junii.

*Mare Sacellum Nobil. de Capilistis cum effigie
Episcopi quiescens.*

93. Hic tumulatur venerandum corpus Reverendissimi
Domini NICOLAI Trivisano, olim Episcopi Nonen-
sis, Artium, & sacrae Theologiae Doctoris eximii.
Qui obiit Anno Domini M. CCC. LI. Mensis
Decembris die septimo.

In sacellum S. Bartholomaei illorum de Lanzarotis.

94. M. CCC. Lxxxi. Sepultura Doninus Laearotis
quondam Veneri de Lanzarotis.

95. Hic facit nobilis, & egregia Domina FRAN-
CISCA Querina de Venetiis, Uxor olim nobilis Viri
Fruzerii de Lanzarotis de Padua. Quae obiit Anno
Domini M III XXVII. Die XX. Februar.

In Pariete cum statua.

96. D. O. M. ERASMO à Krethkovy Polon. Pala-
tinid. Berzessen. Castellano Gnesnen. Capitan. Pic-
dren, &c. Qui Ann. aetatis suae quinquag. obiit Pa-

tav.

nibal junior
in cuius tu-
mulo Franc.
Eques Pater
in perpetui
maioris me-
moriæ in-
scribi iussit
Gallica lan-
gua. LEAL
DESIR, quod
latine sonat.
GRATUM
DESIDE-
RIUM. Obiit
Ann. 1551.
Vide supra
f. 79. 126.
& Inscript.
Agri Pat. f.
24. 29. 103.

av. die Maji xvi. M. D. LVIII. Amici posuerunt.

*Hic te Creſtovi mors, & tua fata manebant
Cum terras omnes, & cum maria omnia circum
Luſtrares, nullo deſeſſus membra ſabore,
Te rapidus Ganges, gelidaque Bortſtrinis unda,
Te Tagus, & Rhenus, te ripa binominis Iſiri,
Et ſeptem gemini noverunt oſtia Nili,
Nunc conſeſſiſti magnum viſurus Olimpum,
Ætereasque domos ubi Diis immiſtus, inanes
Et curas & ſpes hominum lamentaque rides.*

Ex conſenſu nobil. de Lanzarotis, & eorum liberalitate.

98 *Hoc Aicardinus ſitus eſt, atque Alvarotus in antro,
Ingentes meritis tam brevis Urna capit.*

Hos fratres ex utroque Parente nobiles genere,
de Alvarotis ambos Doctores, qui jus civile in hoc
Studio ingenti gloria docuerunt, ut idem quondam
vener, ita unus nunc tumulus habet. Obiit D.
Aicardin. 1382. Die 27. Auguſti.

Obiit D. Avarot. M. CCC. Lxxxviii. Die P. Octobris.

Ibidem ad dextram parieti inſixum eſt tale marmor.

98 NICOLAO Ponetovvsky Poſono nobilitate anti-
qua claro, egregius animi bonis ita ornato, ut ætatem
doctrina, doctrinam antevertit iudicio, publicisque
muneribus in patria præclare geſtis ſæpius id teſta-
tum fecerit, quem mors iniqua juvenem imò dece-
pta ante annos ſenem, dum vitam Paravii quærit,
vitæ eripuit. Anno Chriſti M. D. XCVII. xix. Julii.

Anno Etatis ſuæ xxviii.

Monumentum hoc Andreas Frater, & amici meſti P.C.

Ad levam ſub ſtatua in tabella marmorea.

99 T. V. Q. M.
ADAMUS Zalinsky Eques Poſonus, generis nobilitate
corporis

corporis elegantia, morum suavitate, doctrina, & linguarum peritia, maximarumque virtutum splendore clarissimo. Cum horum potiss. partem haud ad deformatam primi, sed ad quam optime informatam, recreatamque secundi Adami imaginem in se exprimendam non minus feliciter quam diligenter comparuisset, cumque peragrata studiosè, castè, ac fortiter Europa, visâ Africa, Hierosolymam servatoris sui cruore sacram adire cogitaret, repentè in cœlestem incredibile suorum, ac Patriæ cum dolore Ann. ætatis XXV sanctè, & religiosè evolovit. Huic amor, observantia, necessitudo Perillust. ac Generosiss. V. D. Joanne VVitolausky defuncti affine, atque bonorum omnium ex asse hærede, impensas liberaliter subministrante. Nobil. vero Marco Lentovvsky Cont. to os VII. Annos individuo Achate procurante, hocce triumphans monumentum.

P. O. M. E.

Anno Dominicae Incar. CIO IO III.

In sacello S. Joan. Baptista illorum de Alvarotis, & Sala.

100 JACOBUS Alvarotus Alvaroti F. Civil. Pontif. Q. Jurisconsultus privatim, ac publ. clarus, in traditionibus Feudorum eminentissimus, in hoc delubro quiescit: Excessit anno à Christi Natali M. CCCC. LIII. Kal. Julii.

101 PAGANINUS de Sala Blancifloream ejus Conthoralem, omni laude dignam hic claudi fecit.

Ante hoc sacellum Mausoleum RAPHÆLIS Fulgosi.

102 FULGOSUS RAPHÆL virtutum jaspis utroque
 Jure stupor, tantus quam fama, quantus & orbis.
 Scriptis morte vacat tam parvo clauditur antro.
 Emerite prædigna gerens cognomina laudis
 Fulgosus Raphael conditur hoc tumulto,
 Consuluit nemo melius, fulsitque docendo
 Casareas leges, juraque Pontificum.
 Clarus eloquio, quem blanda Placentia forma

Hic familia
 suam Placentia
 Patavia
 vni traduxit
 Vide supra
 fol. 126.

*Et genere insignem, mente piumpque tulit
Corpus hic in pace quiescit.*

Hic conditus
est Gaspar
Gabrielis Me
dicus clarissi
mus, de quo
Tomaf. in
suis Athe
nis Pat.

In sacello S. Clara, familia de Gabrielis hodie in
stauratum in Pariete.

103

H. M. S. H. N. S.

CASSANDRÆ Mussaræ Ux. dulciss. & incom
parabili, cum qua vixit Annos 23. Mens. 1. D. 12.
unanim. Petrus Gabrielius infelix maritus, & sibi,
quo ut viventēs, ita post obitum una essent, do
lens, moerensque posuit M. D. VI.

In sacello S. Joannis Evangelistæ instaurato picturis

Gaspar * ex
bac nob. sur
pe Antonii
(de quo n.8.)
Frater Juris
civilis cele
berrimus in
terpres, &
magnus ora
tor, multa
composuit
sed per ca
bella, que à
Maximiliano
gesta sunt;
ann. 1509.
cuncta perie
runt. Scard.
pag. 188.

104

nobilis Equitis Ursati de Ursatis. *
Humi cum simulacro lapideo Doctorum hæc duo sepulcra.

Philosophus Doctor Medica celeberrimus arte

Subjacet huic busto virtutum dote coruscus

De G. A. L. M. A. R. E. L. L. I. S. B. E. N. E. D. I. C. T. U. S. nomine, reqj.

Totus justitia, totus modestia vixit,

Adversis constans peragendis maxime prudens,

Utque sua celebrent fratres bi-quotlibet anno

Inferias istis legavit providus Arc.

Hic corpus, mens astra colit, sua candida fama

Vives, & à nullo tenebris damnabitur auro.

105

Rupe sub hac JACOBUS de S. ANCTO cellus bumatur.

Vir fuit is justis cultor, sine compare prudens,

Sobrius, acque pius, vita perfectus honesta

Occasusque suo, sua quaque reliquit egenis;

Hanc & D. O. M. I. E. largis proventus Aram.

Pro cuius fratres anima rogare tenentur

Ipsius exequiis celebratis quolibet anno,

Atque suis debent torquillum sumptibus unum

In defunctorum comburere luce sepulchro.

Quinque, & mille quater centum labentibus annis

Dena septena Junj, vir clarus obruit.

106 M.CCC.

106 M. CCC. LXVII. Men. Novembris
Sepultura D. PROSDOCIMI ab Olleo. Paduan.
ejus filii, & D. Alteborgæ ux. Paduan.

107 *Ante Chorum sepulchrum Equitis Urfsi cum stemmate,
& literis L. O.*

Ab hoc non procul.

108 Hic jacet spectabilis, & Nob. Vir LAURENTIUS
q. clarissimi Militis D. Benedicti de Albertis de Floren-
tia, qui obiit in hac urbe Anno Dñi 1421. Die 28.
Mensis Maij. Cujus anima requiescat in pace.

In sacello S.S. Cosma, & Damiani.

109 Cosmæ, Damiani, & Sebastiani fratris sepulchrum
ex Nob. familia ANGELICORUM, Patria Utimensi,
qui in utraque lingua, ac bonis moribus sapientissimi
fuerunt. Cosma restam. Ducatos XII. hunc altari pro ce-
lebratione Missarum quotidiana, ac annuatim in sui,
ac suorum memoria reliquit, uxor ejus Antonia Ange-
lica posuit. Vixit an. 60. ob. Cal. Maij 1530.

Ad Aram S. Maria Magdalena, cum effigie militis.

110 M. Todeschino da Brazan lanza spezada del Signor
Lorenzo da Ceri.

Ante Altare in lapide rubeo corrosis literis.

111 Hæc est sepultura Magistri Nicolai Giraci
De Percene

In hoc tumulo conduntur Nobiles de S. Sopbia.

In sacello B. Virginis olim sancti de Nigris hodie

Nobilium de Obicis.

112 Nos NER. Pius, Encas, & Ruber. fratres, de Obicis
hujus

*Nigra extra
ex antiquis.
& nobiliss.
familia prima
Rogatorum,*

Bbb 2

deinde à Ni-
grocejus Fra-
tre Nigrorum
dictis, sola su-
perstes Anto-
nio Obicio III.
Viro de Luca
(ubi majores
ipsius impera-
verant) anno
1422, nupsit,
ex quo Obi-
ciorum fami-
lia Patavium
translata opi-
bus, & viris
claris, floret.

hujus facelli domini, liberalitate nostra permiffimus, ut
hic claudatur egregius Joannes Paenz Lusitanus, olim
ob eximiam utriusque juris scientiam, & morum probi-
tatem à Serenis. Portugalliæ Rege Joanne III. in Sena-
torum ordinem cooptatus, tandem ab eodem Legati
nomine insignitus ad consilium Trident. missus, unde
rediens obiit Patavii die 22. Junii an. Dñi M. D. LII.
ætatis suæ LVI.

In eodem sacello humi in parvo marmore.

113 Antonii Basadonnæ hic jacent ossa, tantum conjugis
quoque quiescent, ut familiæ de Obicibus magnificen-
tia clarescat.

114 *Ibidem*. Sarcophagum hunc Præbiterii innovatione
ex vetustiori retrofello hic locus excepit. An. 1651.
Pio Aenea Marchione Obiceo piè annuente.

Sub Organo S. Antonii.

115 URSULINÆ Calcie Ludovici Le. doct. fil. Carifs.
ea integer. Bartholomæi Capellæ Equitis, ac Juriscon-
sulti Clarifs. uxoris sepulchrum. Anno Salutis
M. CCCC. LXXXIII. Dec.

*Olim sub marmorea statua Epitaphium, auctore
Equite Guerino.*

Monimentum
hoc Jo. Thome
de Costanzo
inter Cyprios
nobilifs. hic
olim erectum
Bonifacio Pa-
pasava sacra-
tiss. Sang. Eq.
atq; Horatio
Marchione ce-
terisq; Comit.
de Canossa, &
quosquos eisdē
cognitione in-
venisunt con-

116 Ossa Magnanimi Equitum Ductoris JOAN. THOMÆ
Constantii, cum quo spes omnis, & voluptas infelicif-
simi Patris interiit, hic sita sunt.
Scipio invitus superest, unico, & orbatus Ffilio, è Belgio
huc transferenda, & collocanda curavit, sui doloris,
& collapsę domus perpetuum monumentum. Obiit ad
versus Belgas S. R. E. rebelles fortit. dimicans Ann.
Sal. 1581. ætat. verò suæ 27.

*Liquisti hac misero solatia sola Parenti,
Quod non degeneri funere Næte jaces.*

sub

Sub D. Antonii effigie depicta.

117 Vera D. ANTONII Confessoris effigies, qui annos vixit XXXVI. Obiit M. CC. XXXI. Indict. V. Idibus Junii feria VI. Canonizatus sub Gregorio IX. in Urbe Spoletana instantibus Patavinis legatis M. CC. XXXII. die Pentecostes. Translatus prius in hoc templo M. CC. LXIII. octava Resurrectionis Domini in hoc templum D. Mariz Maiori prius dicatum, demum repositus in monumentum ubi nunc iacet M. D. xxx. decimoquinto Cal. Martii.

cedentib. Ne
novi Odei firm
Etura offereret
in adversum
pila latus ve-
nerada Arca
Praefecti tra-
stulerunt im
an. Dñi 1652.
cujus benefi-
cii memoria
in Urbem hanc
a generosiss.
viris sublatis
Decurionibus
approbantib.
perenni lapide
aternitati com-
mendanda cu-
ravere, casu
ferente aibi
ponenda.

*Si tua te facies, tua te commendat imago
Hic tua si peries non leve numen habes.
Sancte quid ANTONI Confessor regula vita
Efficeret quondam religiosa tue?
Clara quid efficerent multa miracula totus
Quid faceret tandem spiritualis homo?
Quid facerent animi dotes Paulinaque virtus
Quid facerent oris verba diserta tui.
O decus Antonii LUSITANÆ gentis adesto
Pelle patrocinio crimina nostra tuo.
Adsumus ecce tuum LUSITANI invisere corpus.
Da reditum o patrios, da tetigisse lares.*

118 Ante antiqui Chori ostium sepulchrum oblitteratum.

*Religio quem flet fratrum veneranda Minorum
FLUMINIS à clara LUDOVICVM stirpe creatum
Regalis Patavi claruit, mors ultima rerum
Huc jam minori Provincia tota Ministrum
Parisius Civitas sobria quem sacra magistrum
Regerat, hoc busto corpus, mens sistit in astris.*

119 Non procul, sub arcu, qui olim dividebat Ecclesiam, lapis notatus litera L. locum significat, ubi D. Antonii Lingua atheniense quoadmodum latuit.

Sub marmorea statua. I. F. N.

*Altare Nobilium de Lazara constructum à spectabilibus Arca
D. Antonii Praesidibus vetustissimi sacelli 1532. collapsi loco, ubi*

corum

Et eorum tumulus, cum stemmate. In opposita columna locum Comiti Joanni de Lazara pro sequentibus Monumentis erigendis commune Patavinum concessio.

Sub simulacbris marmoreis

De hac nobili gente. Vide quæ diximus in Inscript. Agri Pat. f. 400.

120 IOANNI de LAZARA D. IACOBI Equiti fortissimo summis militiæ muneribus functo, Totius Veneti Equitatus signifero, Alæ Cataphractorum Ductori, mox ASTORIS Balconii Venetorum copiarum Imperatoris, Legato summa apud Cives autoritate, Florentissima apud Principes gratia semper bene uso, JOANNES de LAZARA D. Michaelis Eques Comes Paludis Patruo Magno B. M. P. Decessit Anno Domini 1580.

121 Patruo Magno Nicolao de LAZARA qui exteris Principibus pergratus, cum in Gallicis turbis Enrico III. voluntarius strenuam operam præstitisset, magno D. M. torque donatus in Patria non sine laude inter Pacis studia vitæ reliquum claudit. 1599.

122 Avo Joanni de LAZARA Paludis Comiti, qui Principum gratia clarus; ac Divi Michaelis Ordini ab Henrico IV. adscriptus, post militaria decora bello Foro-Julienfi orta, summos gessit honores majoribus non impar. Ob. 1619.

Patri NICOLAUS Paludis Comes P.

Nobilis familia quæ ex Agro Florent. Patavin migravit, desit in Paula an. circiter 1510. C. m. f. Fam. Pad.

Trope portam Septentrionalem Mausoleum Roselli.

123 Monarcha sapientiæ ANTONIUS de Roycellis
1466. Dic VI. Decemb.

Ubi Patres portam extruxerunt Gabrielis Falloppii sepulcrum erat cum hac Inscriptione.

124 FALLOPI, hic tumuli solus non conderis urna
Est pariter tecum nostra sepulta domus.

In vicino pariete marmor elegans.

125 Hospes hic situs est apex Germanicæ Nobilitatis. Ecquisille inquires? Illustris. PHILIPPI, Ludovicus Sac. Rom. Imperii Marscallus. Hered. Dom. in Pappenheim, & Treuchtlingem, quem vix plene puberem concitato; tamen gradu ad immortalitatis fastigium properantem, Italia ingenuarum Artium atrix admirata est. Vale hospes, memoriæ clæ. adolescentis, qui piè vixit, piè obiit, bene precare. Vixit annos 17. Mens. 17. Dies 26. Ob. 26. Decemb. An. 1515.

Sub.

Sub statua lapidea nigra in marmore pulchris literis.

126 D. O. M. Fui CHRISTOPHORUS Burgravius L. Ba-
 DOHNA Obonis F. Zulauffensium inter Silesios Dñs, ad quos
 redire mediantem, mors brevior via transtulit in cælum. Abii
 non obii, & capi vivere cum vivere desii, muravi æternitate
 adolecentiam, nihilque mihi erepturum est, nisi quod tempus erat
 ereptum. Inclyto huic heroi, quem lustrata Italia, & magno u-
 bique a ite virtutis specimine relicto, Patavium reversum febris
 extinxit. Anna Dyhriz Mater Vidua, & Curradus Fr. mœstiss.
 P. P. Ob. à Clj IC. CXIV. IV. Kal. Ian. Vixit An. 19. D. X.
Hum. Quicquid mortale habuit sub hoc saxo deposuit Illustriss.
 Christophorus Burgrayius L. B. de Dohna Silesius.

127 Non Obiit, sed mortale corpus hic exiit Illustriss.
 Dñs PHILIPPUS Ludovicus S. Cæs. Majest. & S. Rom.
 Imp. Marscallus Hæred. Dominus in Pappenheim, &
 Treuchlingen.

Supra Aram s. Rocchi.

128 Aram à NATALINO Rubeo militum præf. Divo
 Roccho dicatam, & annua pensione dotatam R. P. F.
 Joan. Antonius in hanc formam redegit ejusdem
 Rubei hæred. assentientibus.

Ibidem in columna insigne Mausoleum cum statua aenea.

129 HIERONYMO MICHAELI Patrit. Ven. rei nava-
 lis scientia, & fortitudine animi inter ceteros præstanti,
 immatura morte totius cum civitatis luctu præcepto,
 Melchior Pater idemque D. M. Proc. Filio chariss. hoc
 monumentum ponendum curavit. Vixit an. 35. Mens. V.
 Dies 26. Ob. an. Salutis 1558. Ibi. Sept.

In altera columna cum vultu marmoreo.

130 Aeternæ memoriæ OTTONELLI Discalpii Patricii Patav.
 V. el. Primarii Juris Civilis interpretis, Comitis Palat.
 & Equitis Dr. Marci, Natio Germanica Juristarum, Consi-
 liario Georgio Frederico à Lemnigen Syndico Jul. Adolef.

VVeit.

VVeittershein Procur. Henrico Hiller, & Frider. Brandis per
annos 20. & ultra Patrono, & Advocato suo desideratis. post
Anno M DC VII. Mens. Decemb.

Arca tegit cineres, animam Deus addit Olympo.

Famam Germanæ suscipiunt Aquila.
Hiller Brandis

*Contegit ossa lapis puris mens clauditur Astris
Præteris Augustas Fama volans Aquilas.*

131. Perenni Famæ JO. BAPT. Sylvatici Pat. Patritii Eq:
I. Consultor. Primarii I. Pont. interpretis. Cuius in pri-
mis muneribus facundiam, fidem, Consilium Patria
semper suspexit. Academia sæcundum acumen pleno
Gymnas. venerata est. Quem certatim Principes ob
magnum rerum usum amplis præmiis evocarunt. Natio
Germ. Juristar. Patrono, & Advocato heu quondam
suo optimè merito unanimis P. An. Sal. 1628.

*Centem hanc
nobilem Vene-
niis Patavin
deductam esse
scribis Calza
Fam. Pad. C
M. S. Qualis
sit hæc familia
tot insignium
virorum si-
mul acbra bis,
in Cathedrali,
& alibi ere-
cta, satis ostē-
dunt. Vide
supra f. 15. 16
& infer. agr.
Patav. f. 371.*

132 D. O. M. DOMINICO Ornano Corsico contra Tur-
carum pyrates Genuesium conservatori, Apostol. Se-
dis Tribunó ejusdem Nationis, & in exules sicarios
Commissario Generali, Venetæq; Reip. Jadræ, & Ve-
ronæ Governatori optimo, Petrus Paulus, & Petrus
Maria fratres, ejusdemq; Reip. Tribuni moerentes mo-
numentum posuerunt : 15 19.

Humi Magni ORNANI ossa H. S. S. reliquum fama canit.

In mausoleo Contareni cum statua marmorea.

133 Hanc ALEXANDRI CONTARENI Venetæ Clas-
sis, cum summa potestate fortiss. Legati D. Marci Pro-
curatoris, quem nec venti in periculosiss. Reip. tempo-
rib. retardarunt unquam, & Hariadenus Barbarossa
Othomanicæ classis Imperator potentiss. sæpè timuit,
tam mirabili artificio ductam effigiem magni indicem
animi

borum procellas hic Patavii Idibus Augusti Anno à Christo nato 1621 sustulit posteritati. Hæc quæ benè, piè, & præclare gefit contemplanda, & imitanda relinquendo. Huic pio piè Viator piè preceris. Ob. An. Ætat. suæ 36.

138 D. O. M. ALEXANDRI Casimiri Sapihæ Sigifmundi Tertii Poloniæ, & Sveciæ Regis in magno Ducatu Lithuanix Dapiferi memoriæ. Qui in ipso suæ ætatis flore magno Patriæ, & familiæ damno Patavii ob. 1619. Novemb. 30. Die.

Cujus corpore in Patriam conducto, viscera hic condita.
Viator ora pro Anima.

Ad pedes Aræ S. Stanislai in nigro marmore.

139 STANISLAUS Minski de Minsko Palatinus Lanciensis Cancellarius Regni Poloniæ, Mens Regis, & Regni ultimum decus, & spes Familiæ, Obiit Patavii Anno 1067. Julii 21. Ætatis 44. ERASMUS de Minski Decanus Crac. Affinis executor Testamenti F. F.

O Vita fallax, quæ desinis, dum vivere expedit.

Ad speciosam Aram in Polito marmore.

140 D. O. M. gloria D. STANISLAI Patroni Patriæ cultu suæ, suorumque piè memoriæ Natio Polona Aram hanc cum sepulchro Generos. D. NICOLAO Ossolinskia, e Ossel. Nationis Confiliario curante P. P. Q. S. P. M. Illustr. D. D. Civit. Præsidi. Hermolao Zane Præt. Joanne Maripetro Præs. Anno Christi CIO. ICG. VII. Cal. Jun.

141 Momentanea profus ista vita est, sed vixisse benè, & mori beatè, hoc virtutis opus pium, & perenne, sic Gens nota Deo parens Polona, & solvens cineri decora justa ad tumbam hæc meditatur, illa ad Aram sælices lacrimæ, præcesque Diæ, immortale quibus paratur ævum.

141 Suspiria

142 Suspiria victor, nam ingens Viri CHRISTOPHORI Sapiechæ supremi Pincernæ Magni Ducatus LITUANIÆ parvum lapidem certis, quem post incredibiles triumphos ab OSSMANNO Turcarum Rege, tum inhumano MOSCHORUM Principe proprio sumptu, & milite comparatos, factusque cum maximo POLONIÆ plausu peractum, Patavium lubenter excepit mortuum, non lubenter deploravit. Adeo Patriz nihil de cive suo præter famam reliquit, & ipsos cineres negavit mors ingrata.

A. D. M. DC. XXVII. Novembris XXVII.
Ætat. XXXXVII.

143 Ad hanc Aram sepultus est sine monumento JOANN. Prævotius Medicina Professor celeberrimus, qui diem obiit M. DC. XXXI.

Hujus celeb. viri vitæ descriptam habes adud Tomasin. de viris illustribus fol. 2 & 224.

Ad Aram Beata Virginis.

145 MATTHÆUS Cumanus Eques dignissimus, multis in vita quàm laudabiliter, ac suæ Urbis amplissimis honoribus perfunctus, hoc sibi, ac suis monumentum extruendum curavit. Obiit Anno à Christi natalibus M. D. LXXXVI. Pridie Kal. Apr.

In columna facie Mausoleum cum statua aenea.

146 ANTONIO Tubetæ Patavino Athen. Antist. Qui pub. Metaphy. Ann. II. sup. XL. professus est, Divi Ant. Provinciæ Ann. II. sup. XX. præfuit, plura mon. edidit, ann. ætatis altero, & LXXX. naturæ cessit, hospicium hoc ad diem nunquam reversum.

147 Ista Arca est Domini THANI Q. Domini Locti de Rudighieriis de Florentia.

In Peristyllo, Quod claustrum Sacrarum vocant, in pariete Epitaphia octo.

148 HIER. Loletto Bergomeni, quem repente ornatum Do-

Ccc a

natum Do-

atum Doctoris insignibus mors invida eripuit , ac
optimo juvenis ingenio Arte medica sibi obfisteret ,
Joann. Baptista Pater moestissimus P.

Vixit Annos XXVII. Mensem , & Dies VIII.

Obit Anno M. D. LXXII.

149 Sepulchrum BONA CORDI Valdezuchi Pa-
tavini Jurisconsulti sibi , & suis . M. CCCC. LXXI.
Idibus Decembr. Instauratum excussu Sabini , Pau-
li. F. Anno agentis XVIII. A Christi natali Ann.
M. CCCCC. XLVII. XI. Kal. April. Qui Græcis ,
ac Latinis studiis tam humanitatis , quàm Philoso-
phiæ rerum specimen de se dederat .

150 PEREGRINO Avogario cuii optimo amicorum
præcipuo , Justus de Justis Doct. Pat. est test. Mo-
numentum fieri curavit .

151 Hic jacet Domina CATHERINA Uxor Do-
mini Francisci de Paxinis

152 D. O. M. HIERONYMUS PETRUS GALLUS
Bergomensis , qui Nobilis Vicenarius J. C. dulces
patrias sedes spectabat , hora mortis ab hoste protē-
ctus lamentabili , ac cinericius Divini Francisci infulis
exornato cadavere me gloriosè gravidit III. Kal. Jan.
CIV D XCV. Salvus Lupus Dixit .

153 ALBERICO Stavolo Nobili Cremonensi , cujus in
in novo ætatis verè primos studiorum Jurisprudentiæ
fiores frigida mors suo gelu disperdidit . Stavolus , &
Sigismundus Patruï magis nè lacrymosi an lacrymabiles
incertum est P. P. Vixit annos 19. Menses 5. Dies 5.
Obit anno M. D. XCVI. Non. Decembris .

154. JO. MATTHIÆ Carrarii Bergomatis Ann. ~~Æta-~~
tis suæ XXII. ex amplissimo hujus Urbis Gymna-
sio, morte violenta surrepti, Venturas Pater misero
eventu miser, & Felix frater infelix, hic reponen-
da ossa curarunt Ann. M. D. LXXXIII.

Depicta legitur memoria.

155 LUDOVICUS Marigella Maurellii F. Civis Fer-
rariensis, dum liberaliter serviret Illustriss. & Excel-
lentiss. ALEXANDRO Estensi in ipso ætatis flore
subperituro lapide relictis ossibus nunquam peritu-
rum sui desiderium reliquit.

Vixit annos xx. Obiit M. D. XCI.

156 JACOBO ROSEO Theologo Minoritz, Patria Dan-
daco natione Siculo, animi candore, Christianæ Religionis
studio, morum integritate, doctrina, prudentia, & cha-
ritate insigni, qui variis laboribus grumuis, & morbis in
Concilio Tridentino confectus, hic tandem, quod semper
optaverat, dormivit in Domino. Cornelius Mussus Placen-
tinus Episcopus Botuntinus illi uni proxime, & secundum
Deum virtutes, honores, fortunas, omnia denique accep-
ta referens, tanquam Patri de se optimè merito, perpetuum
sanctissimæ educationis monumentum posuit.

Mortati optasset tecum CORNELIUS una

Carere ad atberas Rosa redire domos.

Non licuit, quando ergo tibi summa omnia debet

Formasti, exitu quem Pater ipse pio.

Cum nunquam posset meritas tibi reddere grates

Virtutis tanta tempus in omne memor.

Hunc Tumulum extruxit, morientem flevit, acerbum

Vultus adhuc animo nosse, dieque gerit.

Vixit Ann. Lxxv. Mens. X. Obiit An. Domini

M. D. XLVIII. XVI. Kl. Jun.

Expello, donec venias redemptio mea.

Cum statua lapidea nigri coloris.

157 FRANCISCO ROBORTELLO Utinensi Rhetorica

rica

ricæ Artis, Moralisque Philosophiæ Professore clarissimo, qui in florentissimis quibusque Italiæ Gymnasiis magna fama celebritate triginta totos annos publice docuit. Natio Germanica Præceptori benemerito in perpetuam grati animi memoriam unanimis posuit. Vixit annos L. Menses VI. Dies IX. Obiit XV. Kal. Aprilis M. CCCC. LXVII.

Confiliario CAROLO Forlich à Frolichspurg. Procuratoribus Georgio Romairo, & Ugone Jacobi Roterodamo.

158 D. O. M. Nobilissimo Juveni ALEXANDRO Tertio Bergomati, summa in Deum pietatis, Legumque ac cæterarum virtutum omnium studiosissimo, mira sui expectatione relicta, & Ludovicus Tertius Iureconsultus, ac Ludovica Tertia mæstissimè Parentes poluerunt. Vixit annos XXIII. Menses V. & Dies IV. Sanctis obiit in domini Dei Jesu sui invocatione XXXIV. Martii. Hora XXII. M. D. LXX. Ea fuit sacra dies Dominicæ Passionis.

Humi sepultura octo, quarum duabus inscriptiones sunt detrita.

159 Domino Antonio, & Hieronimo de Dixio, civibus integerrimis.

160 PETRO ANTONIO PAGANELLO tam Florentiæ, quàm Patavii Municipi, Aureliæque Sanctæ Cruci parentibus, Joannes Baptista Iuriconsultus sibi etiam, suisque omnibus.

Monumentum hoc vetustate consumptum Joann. Baptista Iuriconsultus, Petrus Antonius, Franciscus Pavanelli instaurarunt Anno Domini M.DC.XIV.

161 Sepultura FRANCISCI filii q. Domini Partinipei, de Partinipeis.

*Prope Ostium Congregationis Arca D. ANTONII**legitur aureis literis.*

161

D. O. M. & D. A. P.

Ad perpet. mem. discussa pia Arce causa cum Præsidibus
Gorroni Viri S. C. delecti X. Oct. M. D. IX. unanimes fan-
zere, ut ultra Sacros proventus, nullo unquam tempore mi-
nuendos, Præsides ipsi, cum aggerum constructionem pro-
sequi velint, Solvere teneantur eidem Arce annuam, perpet-
tuamque pensionem Ducatorum Mille Centum.

Judicibus Sapientissimis

Nicolaso Michaeli, Thoma Contar. Hieronymo Zane, 1509
Francisco Foscolo, Victore Bono, Jo. Franc. Bragad.
Joanne Paletro, August. Michaeli, Laurent. Justiniano,
Augustimo Barbo, & Andrea Pascali

Arce Præsidibus

Jo. Bapt. Atabardo Tarvis. Min. Provinc. ac Commis. Genera-
li, Vincentio Coradacio Guard. Commissarioque Generali,
Angelo Dianino Regente, hujus Cœnobii Patribus, Oddo Od-
do, Aloysio Blasio, Jo. Paulo Terviko Jur. Conf. & Ant.
Francisco Pasino.

In lapide fracto intra Novitiorum septa.

163

Hic jacet nobilis Guadagni
Obiit Die XVI. Martii D. M. CCC. LVIII.

164

*In Arca inter utrumque Peristylum Sacrarum, & East-
dra Epitaphia septem, sepultura vero quatuor,
una literis corrosis.*

165

*Hæc est GERARDI, Alberti simul, Arca Joannis
Fratrum BULPARIO genitorum sanguine claro
Intra Alinari Portam, sans æria primi
Burgi primi Nucum Domus est spectanda secundi,
Ast prope Nigrorum Voltam stat mansio terni
Octo bis lustris sexcedens atque ducentis,
Cum gaminis anatis post parium Virginis hæc stant.*
Obiit Gerardus M. CCC. XG, Die XVIII. Decemb.

Bulpares in
Ricardo quon-
dam Joann.
Filio deseruit
Eorum opes
in familia
Trivisana
superfuit.
Tom. Mor.
V. Inf. Ag.
pag. 332. 333

Alnus

Altius in muro cum statua marmorea.

166

Amat victoria curam.

S. D. M. EBERVINO VVITILICO ex antiquissima Augustaue Comitum in Benthein Teckelburch, & Steinfurt Dominorumque Rheda, & VVeuelinghoven, &c. Familia oriundo Juveni Illustri Generoso, & omnibus tam animi quam corporis bonis ita absoluto, ut si victoria immortalis mortalem Cæd. (quam pius per continuas Equestrium Palæstriumque studiorumque liberalium curas regionum, variarumque linguarum exercitia, & mores quotidie properabat anhelabat) non prævenisset suis magno Imperio ornamento maximo fuisset Futurus aniuam Deo, corpus huic loco sui desiderium bonis omnibus reddenti Parentes mestissimi pientissimè poni fecerunt Anno Christi M. D. XCVIII. Obeunti M. D. XCV. X. Junii VI. Matutina Ætat. XXI.

Humi in albo marmore.

167

HERCULES TORNERIUS nobilis Vicentinus, adolescens erectæ indolis acris judicii, plenusque humanitate, magni Hippocratis genii, Lauream sibi solidè paratam, assiduo nimium, felicitique anatomes cultro, libitinæ insultans, hæc ipsum ultrix maligniori morbo remediis quibuslibet furdo, Matthæus Pater Medicus Phyl. filium effusissimè diligens, heu nimium dolori indulgens, æternum amoris monumentum posuit: Anno à partu salutis M. DCC. I. Idibus Martii.

168 *Monumentum magnificum cum figuris marmoreis lugentibus, & in stemmate Aquila nigra sine titulo.*

In tabella lapidea sub figura Marmorea.

169

D. M. S. CAROLUS Comes in ORTEMBURG ex antiquis Bavariz Regulis oriundus Juvenis ingenio peramabili, industria præcellenti, modestia, ac vitæ innocentia omnibus retro memorabilis hic situs est. Qui à primo jam ætatis flore in præclaris Germaniz, & Galliz Gyznafiis optimis moribus, & artibus doctus, & eruditus, cum uberioris doctrinæ causa Italiam adiisset, in primo ejus introitu præmaturè denascitur. Cui amantiss. Fr. Georgius unâ cum agnatis mæren. H. M. P. Obiit anno M. D. CXLII. IX. Kal. Jan. cum vixisset ann. XIX. Mens. II. Die XVI. I. F. D. C. Nicolaus Regensdorf.

170 JOAN-

170 JOANNI CHRISTOPHORO Rechlingero Patri-
cio Augustano Vind. Filio dulcissimo Primo ultimoq;
genito, Juveni integerrimo extra solum patrium ad
Germanam, cœlestemque Patriam profecto. Anna
Maria Velsera Orba, & Vidua Mater hoc monu-
mentum, quo ipsa maluisset cond. F. Vixit ann. xx.
Mens. x. i. Dies x. i. Obiit ann. P. C. N. CIJ IC III.
VII. Idibus Januarii.

Viator quisquis es si pius es
ambue vindelicam caelesti rore favillam,
Nisi nisi cœlestem viva sitivit aquam.

Ibidem humi in pulchro marmore.

171 Omnipotenti Gloria Perennis
LUDOVICUS Q. Excellentiss. J. U. D. Ludovici de
FRIDERICIS Nobili genere, ac suavissimis moribus A-
dolescens insignis Brixia discendens virtutes proprias sequens,
ac scientiam inquirens, hic nimio ardore, ac supra vires
incidens fixo in corde ubi vera sua gaudia arduum iter confe-
cit, Livia Mater, duo Stephani Fratres filio dilectissimo
Fratri amantissimo, & presentibus, & posteris posuere.
Anno Salut. M. DC. XXXI. Kalend. Aprilis.
Ætat. suæ XXI.

172 CAROLO CANOSSEO è Regio Lepidi Comiti,
Juveni moribus sua dignis Nobilitate ornato, studii
Philosophiæ supra ætatem instructo, Albertus Pa-
ter; Præces ad Vesperam in Templo expectaban-
tur, Rixa inibi facta plumbo sulphurei pulveris im-
petu in renes crudelissimè ejecto cadens Altaris gre-
mio excipitur, Postridie hora Nona inœcens mori-
tur. Templum Monialium Divo Matthiæ Dicitum,
dies ejusdem Festus Februarii vigesimus quartus, Di-
vini Jejunii primus Anno M. DC. XXI.

- 173 IOANNI BAPTISTÆ RUBEŌ Veronensi, inter quæcunque studia animum diviserat, altissimæ indolis adolescenti inter acerrimi doloris lacrymas Hercules Pater. Qui dum pro tuenda Sodalis dignitate præceps in hostem fertur, ab ejus comitibus feralis tormenti globo terga trajectus, in medio foro cecidit Idibus Februarii. Biduo post supra Priscæ fortitudinis exempla infractum, affectibus servans animum mortalitatis sensus exuens, vitæ, non gloriæ cursum obiit. Ætat. suæ an. XIX. Mens. XI. Nativ. N. Dni M. DC. XXII.

*Perystiliū Exedra ingredienti ad latus sinistrum
in pariete sequentiā Epitaphia se offerunt.*

- 174 Arca nobilis affabrè elaborata cum figura
lapidea Doctōris quiescentis.

*LIVLA quem genuit RAINERIUS alma quiescit
Hoc saxo legalis apex venerabile lumen
Legibus in mundo Juris summusque Monarca
Fidum consilium dubiis rationis amicus
Hoc pereunte perit legum veneranda potestas,
Virtus strata jacet zelo viduata paterno;
Huc huc verte oculos lacrymans hic sponde quoraris
Plebs studiosa patrem quia vix hanc posse ruinam
Heu tantam, seculo damnum relevare futuro
Compos eris, natumque fleas Arsenda propago.*

- 175 Ibidem arca marmorea pulchra nimis.
*CANNOT IUS jacet hac LAURENTIUS mole sepultus,
Qui decus Enganeis unicus hospes erat;
Umbris Purrhasum, pictura æquavit Apellem,
Formis Lysipsum, marmore Praxitelem;
Nam Chorus æterni narrat monumenta laboris,
Qui miris templo fulget imaginibus.
M. CCCC. LXXVI. XIII. Kl. Aprilis,*

*Quantum is,
& pictura,
et sculptura,
nec non celat-
ura valuerit,
satis ostendunt se-
dilia hujus
celeberrimi
Chori.*

Sub

Sub Simulacro faxeo parietis, in arca marmorea,
175 humi verò marmor cum stemmate.

SAL fuit gentis cognomen, sal neque mentis
Defuit, bei nato minuuntur cuncta parato,
Corda duo gessi, *CORRADUS* inertia pressi,
Me fidei meritum lustravit gloria Legum,
Pectore costanti fortuna immotus byanti
Persedi intrepidus, blandè nec ad ampla superbus,
Nec solus hic jaceo, Daniel mihi filius est, o,
Conclusus totidem fultus virtutibus idem.

Ab hoc non longè in Tabella marmorea.

176 *SCIPIONI* Scappio Patritio Regiensi corporis ani-
mique dotibus cultissimo, dum natandi rudimenta in-
cautus ponit sæva, & ipsis Heroibus formidata morte
absumpto, Ludovicus Parens infelicissimus supremos
vnici nati visus explere Patriamque glebam injicere fato
vetitus aliena in terra hoc Monumentum P. C. 1644.
Die XII. Augusti.

Humi. *SCIPIONIS* Scappii Regiens. Ossa hoc Monu-
mentum habet.

177 In Porticibus monumentum marmoreum elegans.

In parva tabella marmorea subtus ar-
cam posita literis Gothicis.

Fama, fides, gravitas, celebres in honore labores

Archetipos post hunc sollicitate viros.

Blandus is, Orator, vates, Doctor quoque legum,

In cunctis FABIVS MAXIMVS auctor erat.

Virgo Mater capias animam, Deus optime parce,

Sic mentem celo, reddimus ossa solo.

Ne tãtì Viri memoria vetustate ferè consumpta aboleretur,
qui existens Prior Collegii D. D. Juristarum An. 1449.
plura sapienter instituit, Anibal Saviolus J. U. D. affi-

Ddd 2

nitare

nitare coniunctus, Epigramma, & insignia Mausolei
hujus restauranda cur. an. 1584. VII. Nonas Ju.

Humi ejusdem tumulus cum literis corrosis.

Supra Ostium.

178 CANCELLARIÆ CONVENTUS S. ANTONII.

179 Quis hic viator conditus jacet rogas? Est JANUS Edren-
cuardiorum Nobili natus Bataviæ familia, in quem cum pa-
rens natura rerum omnes & animi, & corporis dotes benignè
contulisset, invida mors verita, ne immortalitate cum quoque
vivum haberet, Gloria hæc, ait, mihi propria dicabitur; Neq;
mora manum injieit, primoq; in ævi flore præceptum, ubi piæ
animæ Deo fruuntur, in Superum plagas, sedesque transtulit
beatas æteris. Vixit annos XXX. Mor. anno M. D. LI. Idibus
Augusti.

180 STEPHANUS hic situs est clara de gente GIGANTUM

RAGUSÆ genitus Luca propago fuit.

Uno bisque decem vita annis alta corona

Decepit, heu, Medica dum petit artis operem.

M. DC. XIII.

Clara Mater moesta, Laurentius, & Blasius pii fratres P.P.
Dionisio Giorgirio, & Petro Domitio cur.

Humi ejusdem.

Ossa Stephani Gigantis Rag. hic jacent.

Cum Statua.

181 PHILIPPUS de Gregoriis Siculus, claro inter Mes-
fanenses genere natus U. J. D. Juvenis egregia doctri-
na, summa suavitate morum, omnibus naturæ, for-
tunæque bonis cumulatissimus, hic situs est, qui cum
à præstantissimæ cujusque laudis fastigio, ob divinum,
quo pollebat, ingenium proximè abesset, fati impor-
tunitate, omnibus lugentibus, ætate florente, subla-
tus est. Vixit annos 29. Men. 3. Die 5. Ob. Quinto
Cal. Octob. M. D. LXVIII.

In Pariete .

182 D. O. M. GEORGIO Sorgo Patritio Ragusino Junii F. cujus Italiam invifentis mors florem annorum obrūtavit, virtutemque in ipfo crescentem impedivit, Nicolaus, Lucas, & spe longę glorię brevi ejus vita frustrati, quod præfentes non potuerunt fraternę pietatis monumentum Poni M. M. Ob. an. Sal. M. DC. IX. Die 23. suę 25. Decemb. Ætat. Gabriele Cerva, & Franc. Craffo cur.

Humi verò tumulus ejusdem.

Offa Georgii Sorgi Nob. Rag. pię defuncti M. DC. X.

183 D. O. M. ALEXANDRO Sirenę Fulginati generis nobilitate, & morum elegantia, ac probitate ornatissimo, legum studiosissimo, aliarumque bonarum artium, ac potissimum Latinę, Hebręęque Poeticę peritissimo, cum quo totius Sirenę familię, cujus unicum erat germen, spes omnis extincta est. Baptista Sirena, & Columna Pontana parentes mœstiss. turbato, heu, naturę ordine, filio optimo, & dulciss. P. C. Vixit annos 25. Mens. 5. Die 24. Ob. tertio Non. Feb. 1564.
Laetantius Brunus, & Jo. Bapt. Elmus procurabant.

184 GENESIO Balbo Petri F. è nobili Ligurię Metropoli stirpe nato, qui paternę virtutis, & pietatis æmulus FERD. III. Imp. Augustiss. clementia cum posteris SAC. IMP. ROM. patriciis adscriptus, Sede negotiosa pluribus annis integerrimè Veneriis delecta, beatam quietem invenit Patavii xxix. Die Junii. D. Petro Apost. dicata anno Sal. 1646. natus an. lxxiv. Mens. v. Dies 24 Franciscina conjux Tomafina filia hęres dulciss. vitę memores P. P.

185 ANTONIO Bona nob. Ragusin. cum per aliquot annos in celeberrimis Italię Gymnasiis Philosophię, maxima cum civium suorum spe, operam dedisset, fortunę corporis, & animi dotibus ornatiss. atq; unicum matris solatium, morte immatura sublatu est, Pridie Idus

Idus Maii 1558. an. natus 21. Mens. 1x. Dies XIX.
Pasqualis Mentius Avunculus moerens P. C.

*In hoc peristilio latere sepultura tres, & prima cum figura
marmorea Doctoris.*

186 Hic jacet nobilis, & egregia Domina, Domina
CATHERINA della Bonelda; uxor Excellentiss. Le-
gum Doct. D. Arsendini de Arsendis de Forlivio.

187 D. O. M. Perillustri SIGISMUNDO L. Barono de
Thono Patavii, quò se valetudinis causa receperat in ipso
pubertatis ingressu vita functo P. Joanne Mochatto ab
ineunte ætate institutore procurante. Ob. XII. Cal. Sep.
Anno M. DC. XXII.

Cæptum est Magnificentissimum hoc ædificium anno 1228. Prætor Joanne Rusca Commensi, eo in loco quo olim Manfredæ familiz clarissimæ, (quæ Faventiz, Fori Cornelii, & Fori Livii imperavit) amplæ domus spectabantur. Indicant carmina in ostio quodam inferioris fornicis vulgò, la Scavezata olim sita,

*Comi natus Rusconum de gente Joannes
Nobilis, & strenuus Paduam tunc fortè regebat;
Cum fuit istud opus ultra specularia factum
Annis mille decem lapsis, novemque ducentis.*

Tectum asseribus, tegulisque ductis per medium muri in tres partes divisum stetit usque ad annum 1306. quo tempore altius extructum est, atque laminis plumbeis coopertum: Verùm ut in monumento prope portam Decumanam in sublimi litteris aureis positò legitur.

2. Anno Domini M. CCCC. XX. Urbi nostræ tunc judicentem pro Serenis. Duce nostro Venetiarum justissimo, Prætor Marco Dandulo *D. Benedicti* Palatium hoc reædificari cæptum est, cum prius eodem anno subita vis ignis, atque interea opus magnificum, ac mirabile, quod annis CC. II. inviolatum steterat, spatio trium horarum consumpsisset. Ad quod triste, infaustumque spectaculum cum tota Civitas non aliter, quàm ad commune aliquod funus concurreret, omnesque simile postea refici desperarent, statim Illustriss. Ducalis Dominatio pecuniam omnem, qua pulchrius aliud, augustiusq; construeretur, ex publico ejus ærario depromendam Senatus Consulto decrevit. Cujus tantæ largitionis immortale beneficium huic ornatissimæ insculpti tabulæ voluit, aureisque litterarum monumentis sempiternæ mandari memoriz.

*Eodem anno
parietibus di-
videntibus di-
visis in vastâ
aulam, quæ
bodie extat,
opus mutatum
fuit. Icones
Petri Appu-
nensis studio,
ad hominum
sub duodecim
signis Zodiaci,
& septem
planetis duo-*

In

decim mensis
curriculo na-
scencium na-
turas indicant
2 das invente,
per justum
picturam re-
stituta sum
3 Scard. f. 201.

In sigillo Patavino sub forma antiqua Urbis .
Musæ, Mons, Arthesis, Mare certos dant mihi fines :

In eodem Palatio ad dexteram est Lapis eminent, in quo
3 Lapis vituperii, & cessionis bonorum .

Occidentem versus monumentum Titi Livii sub anea effigie

Reperta sunt
ejus ossa
in Æde Drogæ
Justine anno
1413. in plü-
bea capsula,
atque hic infi-
gu pompare-
posita cum e-
jus effigie a-
nea.

V. F.
T. LIVIUS
LIVIAE T. F.
QVARTAE L.
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI ET SUIS
OMNIBUS.

3 Sub veteri statua in antiquo lapide .

Ossa tuumque caput civis tibi maxime LIVI,
Prompto animo hic omnes composuere tui .
Tu famam æternam ROMÆ patriaq; dedisti,
Hinc oriens, illi fortia facta canens .
At tibi das patria hæc, & si majora liceret,
Hoc stares totus aureus ipse ossa .

Ad tumulum, in quo ipsa ossa .

De T. Livii 6
ossibus plura
in ejus vita à
Tomafino e-
dita an. . . .

Offa T. Livii Patavini unius omnium mortali-
um judicio digni, cujus prope invicto calamo invicti populi
Rom. res gestę conscriberentur an. 1548.

Eodem tem-
pore Livii Ma-
xilla aneo or-
be clausa for-
T nici Archivi
Civitatis ap-
posita fuit, &
hæc infra æ-
tate spectatur

Supra ostium, quæ nunc sanitatis officium, ut vocant, aditur
sub rudi simulacro ubi ossa T. Livii locata sunt .

Tabularium valetudini procurandæ opus absolverunt
Franciscus à Sole, Antonius Barisonus, Jacobus Zaba-
rella, Ottonellus Discalcius, & Dominicus de Lazara
Provisores an. 1622.

Barisum

Introrsum in alia parte ostii, quæ Palatium respicit.

- 8 Inclyto Alphonso Arragonum Regi studiorum fautori, Reip. Venetæ foederato, Antonio Panormita Poeta legato suo orante, & Matthæo Victurio hujus Urbis Prætoro constantissimè intercedente, ex Historiarum parentis Titi Livii ossibus, quæ hoc tumulo conduntur, brachium Pat. civ. in munus concessere. A. C. 1451. 14. K. Se.

Rege autem Alphonso è urvis erepto Jo: Jovinianus Pontanus à secretis Regis successor cum brachiis obtinisset exiguo in tumulo extra de-

Post ascensum scalarum ad meridiem, quæ bina sunt super portam, quæ ad Orientem vergit, sub nova T. Livii statua marmorea.

- 9 T. LIVIUS Patavinus, historicorum Latini nominis facile princeps, cujus doctrinam, & lacteam eloquentiam ætas illa, quæ virtute pariter, ac eruditione florebat, adedè admirata est, ut multi Romam non ut urbem rerum pulcherrimam, aut urbis, & orbis Dominum Octavianum, sed ut hunc virum iuviserent, audirentque à Gadibus protecti sint, hic res omnes, quas popul. Rom. pace, belloque gessit, quatuordecim decadibus mira styli facilitate complexus, sibi, ac patriæ gloriam peperit sempiternam. Libro quem manu tenet, inscriptum est: Parvus ignis magnum saepe sulcitat incendium: Excessit à vita VI. Tiberii Cæsaris anno ætatis verò suæ LXVI.

lubrum à se ereptum sub tali inscriptione condidit.

T. Livii historiici brachiis quod olim Ant. Panormita à Pat. impetraverat Jo. Jovinianus Pontanus multos post an. condidit.

Super altera, quæ occasum respicit.

- 10 PETRUS Aponus Pat. Philosophiæ, Medicinæque scientiis. ob idque conciliatoris nomen adeptus, Astrologia verò adedè peritus, ut in Magiæ suspicionem incidit, falsoque de hæresi postulatus absolutus fuit.

Ad Aquilonem super ostium janua Orientem versus cum icone marmorea.

- 11 PAULUS Patavinus Jurisconsultorum clariss. hujus nostræ Urbis decus æternum, Alexandri Mamme temporibus floruit, ad Præturam, Præfecturam, Consulatumque evedtus, cujusque sapientiam tanti fecit Justinianus Imp. ut nulla civilis juris particula hujus legibus decoretur, qui splendore famæ immortalis, oculis posteritatis admirandus, insigni imagine hac meritò decor.

Super liminare alterius janua cum simulacro.

- 12 ALBERTUS Patavinus Heremiticæ Religionis

Ppp

iplen-

splendor, continentissimæ vitæ, sumpta Parisiis infula magistrati, in Theologia tantum profecit, ut Paulum, Moysem, Evangelia, ac libros Sententiarum laudatissimè exposuerit. Facundissimus ea ætate concionator immortalis memoriæ optimo jure datur.

In muro ad Occidentem sub statua marmorea.

ΙΣΩ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΙ ΝΟΕΕΙΝ ΚΙΚΕΡΟΝΙ ΤΕ ΕΙΠΕΙΝ.

- 13 SPERONO SPERONIO sapientissimo, eloquentissimo, optimo, & Viro, & Civi. Virtutem, meritaque acta vita, sapientiam, eloquentiam declarant scripta, publico decreto Urbis quatuor viri P. Anno à Christo nato M. D. XCIV. Ab Urbe verò condita M. M. dii XI.

In pariete prope ostium Officii Sanitatis, ut vocant sub vultu marmorea.

- 14 Venèrare pudicitiz simulacrum, & victimam Lucretiam de Dondis ab Horologio Pii Æneæ de Obizzonibus Orciani Marchionis Uxorem. Hæc inter noctis tenebras maritales afferens Tzadas furiales, recentes Tarquinii faces casto cruore extrinxit, sicq; Romanam Lucretiam intemerati thori gloria vicit, tantæ suæ Heroinæ generosis. manibus. Hanc dicavit aram Civitas Patavina decreto die 31. Decembris An. M. DC. LXI.

- 15 Intra locum Carcerum in superliminare Sacræ ædiculæ.
HIERONYMUS LANDOPræt. Anno M. DC. XXVII.

Extra verò altius in pariete ad Forum vinarium versus,

- 16 Noxiorum locum incendio absumptum, flammis repressis jam in maximum forum Urbis decus sævientibus, Franciscus Venerius Prætor, & Ludovicus Phaletrus Præf. opt. instaur. curarunt M. D. XXxIIx.

*E regione
scalarum Fori
Prætorii ad
Occidentem in-
ter fenestras
visitur iusti-
tiæ statua*

*Sub hac magnifica Fori Judiciorum Aula ubi Salariorum statio
in Lapide.*

- 17 M. D. LxxIV. Adi 27. Lugio. Vene Enerigo III.
Christianissimo Rè diFransa, e Polonia.

Adi

Adi 21. Aprile 1607. la Santità di N. S. Papa Paulo V. si
certificò della candidità dell'animo della Serenissima
Republica Veneta, & levò le censure . VV. S. Marco .

Extrinfecus in eadem Fori Parte imminet porticui marmor aurati .
18 Sopra questa piazza si doverà fare il mercato di polami,
uccellami, & altre cose comestibili per terminatione dell' Illustriss. & Eccell. Sig. Domenico Gritti Podestà, in effecutione delle Ducali dell' Eccell. Senato
Nov. 1672. registrata in questa Cancellaria Prætoria .

Supra ingentes, altisque columnas parastatas, arcus camerasque inedificatum est claustrum à Prætorib. Venetis.

IN PALATIO PRÆTORIS.

Cæptum est à Republica Patavina anno 1272 Sed mox iterum
per Venetos à fundamentis extractum majori ex parte, & nobiliorem, ac Magnificentiorum in formam redactum, ut constat ex insignibus monumentis, & inscriptionibus Prætorum, extrinfecus in hoc novo edificio maximè apparentibus.

Portin f. 103
Calder. lib 5
Cap. 49.

In interiori Area Prætoris ad Scalarum ascensum, qua bina sunt, ad illam, qua aquilonem respicit sub insignibus.

1 Joanne Cornelio Præto. M. D. CX.

Ad alteram è regione hujus.

2 Jo. Baptista Bernardo Præto. M. DC. xx.

3 *Ibidem.* Nicolaus de Ponte Doct. & Præto. à fundamentis erexit. An. M. D. LVIII.

Sursum in ipso claustro altiùs ad meridiem sub insignibus.

4 Cœptum anno 1558. Nicolao de Ponte Doct. Præto. Anno 1561. Aloysio Mocenico Præto. Anno 1594. Thoma Mauroc. An. 1601. Jo. Baptista Bern. completum.

In angulo Palatii sub insignib. gentil. Magnis, & formosis caracterib.

5 Marcus Antonius Contareno celeritate incredibili à fundamentis excitavit . M. D. xLI.

Is enim jactis fundamentis totam illam Palatii faciè

qua Occidentem respicit usque ad primam constitutionem elevarunt.

In eodem angulo *Altius supra podiola inter magnas fenestras*.
6 Stephani Trivisani secundò Prætoris integerrimi, studio, & diligentia M. D. LV.

Desuper hæc insignia extat simulacrum

Antonii Barbaro Senatoris bello, & pace celeberrimi, qui generatis Cratæ Dalmatiæ, et maritimis Præfecturis clarus, hæc Urbem anno 1672. egregiè gubernavit, atque inde Orator ad S. Pontificis omnibusque muneribus publicis functus est.
Vianol. 1. 9
12. Fotcar.
1. 1.

Extra porticus Aurificum ad Meridiem sub simulacro magni Leonis, & insignibus Gentil. Hermolai Barbaro Prat. an. 1549.
7 Nemo bonis amicorum, nemo malis inimicorum.

Podiola verò, cæteraque ornamenta ex albo, & pulcherrimo marmore constructa, quæ ornant partem Palatii Forum spectantem posita sunt S. C. à Rectoribus Venetis annis 1553. 1555. 1578. 1581. 1594. 1612. à Marco Antonio Grimano, Nicolao de Ponte Doctore. Hieronymo Priolo, Aloysio Grimano, Thoma Mauroceno, Georgio Cornelio, & Marco Bragadeno, sub quorum regimine à fenestris usque ad summum culmen extructum est totum hæc splendidum, ac magnificentissimum edificium. Spectantur adhuc tum horum, tum aliorum posterorum eorum gentilitia stemmata oblitteratis monumentis, & inscript.

In atrio e regione scalarum Prætoris in superliminare Officii
8 Cancellaria della Città M. D. LIII. Anno 1297. extructa, deindè post incendium Fori juris reedificata.

Statim post ingressum ad dextram in loco Officii Æstimi dicto in in marmorea tabella,

9 Urbis tabulis dispersis restitutore pii montis alidò translato dicari, instaurari, pervium fieri curarunt, Gaspar Corbelius Comes Doctor. Hector Trivisanus Decurio Cancell. Præsides, Anno M. DC. xxxviii.

In medio scalarum Aula Fori Prætorii super Officio.
10 OFFICIUM RESTITUTORIS.

Ad levam Ædium Prætoris supra ostium Janua cum stemmate.
11 Jacobo Emo Prætoris. 1562. Officium maleficiorum.
M. 1571.

Ibidem in Area super ostio Janua, ubi marmoreus leo magnis litteris.
11 Officium maleficiorum è Foro Prætorio huc translatum
Jo.

Sunt hic ades ubi vim ha-

Jo. Baptista Victorio . M. D. XCII.

In transitu ab Aula Fori ad Aedes Pratoris in muro ad levam transeuntium .

- 12 Christophoro Mauro Laurentii Filio exercit. Provisori Maximiliani Romanorum Regi militum C. L. M. Adjectis copiis . Julii II. Pont. Max. Reg. Gallorum, & Hispanorum ab hujus Urbis obsidione repulso . Vincetiam recuperatam . D. Venet. Devotam efficienti . In de Præt. delecto, qui Civit. hanc V. Fidelis. munitis. reddidit . Benevoli benemerenti 1509. P. 1510.

bit ab anticon-
sules, vel de-
curiones, mane-
vero quadri-
sariam divise
cesserunt ba-
bitatum qua-
tur affessoris
Pratoris. Ex-
tructis sunt
Gulielmo Ma-
laspina de-
Obicis Lucif
Pratore anno
1285. Restau-
rata deinde
sunt, & re-
centiorem in-
modum refe-
cta à Leonar-
do Emo Pra-
tore Veneto
an. 1523.

In superiori limine sacra Aedícula .

- 13 M. CCCC. LVII. Pratore Dom. Benedicto Victorio.

In Atrio juxta scalas Aedium Pratoris.

- 14 Quod Hispanorum belli tempore Bartholomæus Liuianus * Imp. & Dominicus Contareno Prætor, & Leg. exercitus Urbem Patavium novis manibus, & propugnaculis, & fossa cingere utrisque procurantibus cæpissent, idem Dominicus insigne arborum una poni curavit .

* Vide Inscr.
Agri Patavi.
fol. 222. 242.

Ibidem in marmore .

- 15 Petrus Balbus Præfectus M. D. VII. Prator gratis. M. D. IX. Classis Præfectus designatus . Padua obsidione liberata .

In Aula Pratoria, sub stemmatibus, & marmoreis simulacris Elogia .

- 16 HERMOLAO Zane Præt. singularis in Jur. studios benignitatis Ber. Gajo Synd. & Consil. Jurist. unanim. P. M. DC. VIII.
Universitas Juristarum. Bernardus Gajo Syndicus .

- 17 HERMOLAO Zane Prætori diferatis. Germanorum mœcenati gratitudinis æternitate Nationis, utraq; facultas

- tas vovit. Confiliarius Georgio Frederico à Raßingen,
& Cristophoro Bavaro Sil. An. 1608. Mens. Febr.
Georgius Fridericus à Raßingen Confiliarius Juristar.
Christophorus Bavarius Silesius, & Confiliar. Artistar.
-

18 GEORGIUS Cornelius Præt. Justitia, Prudentia,
Benignitas Regia omnia, Universitas Juristarum.
Anno M. DC. XVI.

19 D.O.M. GEORGIO Cornelio Prætori, pio justo, pro-
vido, ac clement. Bernardus Arnaldus Vic. Al. Un.DD.
Artist. Synd. nec non Confiliarii poni cur. 1616.

20 JULIO Contareno Prætori, viro omnium virtutum
majest. sublimi Juris asylo, Æquit. vindici devoti a-
nimi nunquam intermoriturum monumentum studio-
sè Legum juvenus B. M. P. Galeat. Angusciola Syn-
dico M. DC. XXIII. Hieronymus Borsellus Vicent.
Hyppolitus Sanctacrucis Rom.

21 JULIO Contareno Prætori sedulitate, alacritate, so-
lertia, ad regendum nato Univ. Artist. 1523.
Bovi Vand. A A. Delph. Homan. Syndicus
Alex. Ciconea Cremonsis Ph. & Med. Doct.
Hector Januarius Vicentinus.

22 BAPTISTÆ NANIO.

En tibi pro meritis Prætori maxime NANIO

Jurista statuunt hæc monumenta tuis.

Conspicuus populi hæc ut recolaris in Æde

Nomina posteritas ut memoretque tua.

Uni. Jur. P. An. M. DC. XVII.

D. Taffello Taffello D. Veron. Synd. & D. Mar-
ci Equite sic jubente.

23 ANTONIO BRAGADENO summæ integritatis, Justi-
tiz, & Pietatis Prætori Patavino de tota Juristarum Univer-
sitate

state benemerito Diotallevius Boncius Urbinas Jur. Utr. Doct. & Consiliarius, delegato sibi munere, perennem hanc gratæ voluntatis significationem extare voluit Anno Domini 1620. Galeatius Ferramusca Vicent. Jacobus Fugatia Panormitanus.

- 24 OCTAVIANO Bono optimo, & Equiti, Prætori inter, doctos, justos pios Heroes doctissimo Justissimo piissimo, observantiæ ergo Universitas Juristarum P. Jo. Franc. Ghillino Vicentino Syndico M. DC. XXII. Marca Anconitana Galeatius Anguffola Vicentinus. Marca Tarvisina Stephanus de Nigris Vicentinus.
-

Supra Ostium, quò ab aula Fori ad atrium Prætoris, itur ad orientem.

- 25 PETRO LANDO Præt. An. CIOIOXX. Iterum Sen. jussu An. CIOIOXXXIV. Deinde Ven. Principi insignia ornanda, & restit. cur.
-

- 26 ANTONIO Lando Prætori, ob paternum Gymnasii regimen Univerf. Jur. anno Domini M. DC. VI. Marco Capra Vicentino Vicario. Jo. Baptista Codatio Laudensi Syndico.
-

- 27 HIERONYMO Lando Antonii D. Marci Proc. filio Eq. & Præt. integerrimo laudatiss. in administrandaque Justitia nemini secundo, æter. memor. ergo Univerf. Jur. P. C. Joanne Mellifeno Cretense Syndic. M. DC. XXVII.
-

- 28 Hieronymo Lando Eq. Senatori ampliss. Prætori integerrimo, quod privilegia facta testata conservaverit profels. ornaverit, scholasticos foviverit, Artist. Univerf. patrono, an patri incertum poni decrevit 1627. Petro Bossio Berg. Jur. Utr. Doct. Synd.

- 29 **BENEDICTO** Justiniano Prætori optimo , & clementifs. ob summam erga Scholares benignitatem Universitas Jur. P. C. Dominico Ferrario Lendenariensi Equite , & Prorectore sic annuente anno Dñi 1630.
-
- 30 **ZACCARIE** Sagredo Prætori , ac proteçtori opt. m. Universitas Artistarum corda magis quàm saxa D. Jo. Petro Anonini Rhæto Syndico anno Dñi 1634.
-
- 31 **FRANCISCO** Pisano Præt. Urbis , & Orbis Patrum , & Patrię splendori Universitatis atrocifs. peste quasi extinctę restitutori Themidis alumni meritorü , & munificentię memores Prorect. Dionæo Albano .
Robertus Bodius Scotus Abredonensis Phil. & Medic. Doct. Assels. Paulus Dottus Castrofranciensis Consiliarius Rom. Assessor. An. Dom. 1632.
-
- 32 **DIIS** Liberatis **ALOYSIO FOSCARENO** Senatori verè libero , sapientissima cujus probitas virtutibus omnibus ancillantibus Præturam, famam, æternitatem auxit, evexit, æquavit Astrez candidati certatim , Illustris. Dom. Comit. Germanico ab Angarano Vicentino Prorectore Syndico M. DC. XLV.
Carolus Von Holten Gedanen. Prutenus P. T. I. N. G. J. Conf. Assessor. Gregorius Calcina Jadenfis P. T. Pedemontanz nat. Conf. Assessor.
-
- 33 **ALOYSIO FOSCARENO** magni patris exemplo , spectatz pietatis , justitizque vice Prætori optimo Philos. Medic. ac Theolog. in Gymnasio Patav. cœtus tutelaz memor Prosyndico VVeinero Landinges Bremense , & Nat. German. Consiliario P. C. Anno Christi M. DC. XLVI.
Angelus Barberius P. T. Almaz Univerf. Patav. & Anatomiz Consiliarius Veronensis . VVolradt Huxholtz Lip. VVest. P. T. Almaz Univerf. Pat. & Anatomiz Consiliarius.
-
- 34 **THOMÆ** Contareno Jop. Com. Eq. Pataviique Præt. opt. & patri pauperum vigilantissimo populus Univerfus devinctissimus P. Anno Domini 1608.

- 35 THOMÆ CONTARENO Equiti Com. Joppes Præt. Patav. integerrimo optimo fautori literarum Mecenati, literatorum protectori Germanorum hoc gratitudinis monumentum. Natio Germana Juridicæ facultatis F. F. Anno à nato Christo M. DC. IX. Menſe Auguſti Conſiliariis Franciſc. Andrea à Schayr deceſſore, Joan Bernardo Amencingen ſuceſſ.
- 36 ANDREAS Vendrameno, qui Prætura functus omni munere major Nationum ſtudia Heroicis artibus ad ſui venerationem pellexit, mancipavit, Univerſa Juristarum vota Carolo Benzonio Patr. Romano Synd. Proreſt. meritifs. M. DC. XXXIX.
- 37 ANDREÆ Vendrameno Herculi Muſagetæ Artium, & Diſciplinarum conſervatori beneficentiſſimo facilitatis, ac clementiæ ſummo ſapientiæ, atque Hygiæ ſacris operata pubes corpora, & animas H. M. Religioſiſſimè addicit 1639.
- 38 BERNARDO Polani Prætori gravi, comitate inclyto, & bonarum Artium propagatori munificentifimo Univerſa Juristarum vota Syndico, Proreſtore Henrico Lédefaſjo Nob. Scoto, anno Domini 1641. Gaſpar Rota Cremeniſis Raymundus Imhoff P.A.
- 39 VINCENTIUS Capello decennium poſt Præfeſturam Prætore anno peſtilentiæ 1631.
- 40 ANDREÆ LEGIO, cujus diis æqua poteſtas ſolis beneficiis ſtetit, maluitque mortales rubore ſuffundi, quam ſanguine, atque illac currere lachrymas juſſit quæ cruor iturus erat non minus Legum, quàm Legii Juvenus ſtudioſa molliter, & liberaliter habita parenti opt indulgentifs P. Chriſtiano Brun-Dano, & Syndico, & Proreſtore M. DC. XLIII.
- 41 ANDREÆ Legio Prætore benefico, & ſalutari, à quo nemo unquam triſtis diſceſſit, ſapientiæ, ac Medicæ Artis cultores Patrono B. M. P.P. 1642.

Vitus Federicus L.B.S. Moscon Confil. Alemānus Assess.
Augustinus Tajardinus Brixienſi Aſſeſſor.

42 NATALI Donato Prætori juſtiſſimo Collegium
Notariorum D. Anno M. D. LXXXIV.

43 MATTHÆUS Viturio Prætor 1442.

44 BENEDICTUS Viſturio Prætor. 1456.

45 JO. BAPTISTA Viſturio Prætor 1552. 1592.

46 MATTHEUS Viſturio Prætor 1452.
poſtea Procurator Divi Marci.

Ponè Cancellariam Communis in ſabella lapidea .

47 MARCO Bragadeno magn. M. Ant. filio magnifi-
centia , & magnanimitate nihil degeneri Uuniverſ.
jur. Con. Franc. Thienæo Vic. Syndico P. 1612.

Ab hoc non procul , ſub ſtatua marmorea .

48 ZACHARIÆ Sagredo , qui mira omnium virtu-
tum ſerie Jure annona, ſecuritate urbem hanc auxit,
& beavit, olim Præfecto nunc Prætori ſemper bene-
ficentiſ. æternum optando DD. DD. 1635.

49 ANDREÆ Vendrameni Nic. D. Marci Proc. F.
ſacrum venerabile nomen, Venetæ majeſtatis par titu-
lis omnibus majus extare hic Decuriones voluerunt,
ſingularis æquitatis, & manſuetudinis monumentum,
ſicut ingentia in Urbem promerita animis omnium
ad æternitatem impreſſa ſunt. 1639.

Sub albaſtrita ſtatua pulchris literis .

50 LAUTENTIO Delphino Prætori, quod ubere aſſona
anni ſequentis injurias diſcuſſerit miro ſeveritatis, ac
manſuetudinis temperamento labentem morum diſci-
plinam ſuſtinuerit . demum ad Trium Inſularū regimen

EVOC-

evocatus præstiterit quàm pollicitus sit Urbis decreto
 Qui hos antea nemini contigit quatuor viri P. C.
 M. DC. XLVI.

Super Ostium cubiculi, sub eleganti Imagine.

- 51 JOANNI Sagredo. Summas honoris intra juven-
 tam adeptus, nam primo in Galliam, mox in Britan-
 niam extra ordinem legatus, tum magnus Præcon-
 sultor, atque Urbis hujus Prætor, post breve spatium
 ad Cæsarem transire jussus, hic ita gessit, ut cum
 nihil ad gratiam ageret, omnia grata essent, quæ
 faceret, tantumque desiderii è provincia deportarit,
 quantum reliquit exempli. M. DC. LX.

*postea Comes et D. M.
 Prætor Ann 1675*

- 52 JOANNI de Caballis Prætori; in quo extollen-
 do virtus, ac fortuna certarunt, cujus ætatem cum
 honoribus præcurrent, beneficiis majorem repererunt,
 ille clementia, æquitate, splendore honores anteces-
 sit, & titulis omnibus, quibus eum Juris studiosa ju-
 ventus, ultra omnium commendationem protulit, pa-
 ternæ venerationis honestamentum præopravit.
 M. DC. LXVI.

- 53 MARCI Ruzzini Prætoris, Sereni vultus duro mar-
 more spirant, cujus mitissimum pectus clementia,
 tanquam templum insedit, cui cum una felicitas fue-
 rit fecisse felices, postquam Urbem annona, Gym-
 nasium munificentia beavit, ita abscessit, ut, cum
 nullius unquam spem frustratus sit, sui desiderium
 explere non potuerit. Juris studiosi B. M. P.
 Anno M. DC. XCI.

- 54 ANDREÆ ERIZZO FRANCISCI DUCIS NEPOTI
 Cujus Augusta species tantæ fortunæ par commen-

dat Imperium, magisque se mentibus omnium quam obrutibus insinuat, nec tam spectantes rapit, quam moerentes solatur, cum sibi ereptum esse, cujus sublimitas, & mansuetudo nec invenerit æmulum, nec habitura sit exemplum. M. DC. XCII.

55 ALOYSIUM Mocenicum Equitem Prætozem, maximis majoribus non minorem, domesticis fascibus, cognatis triumphis decus additum, quo novo majestatis, & amoris fœdere dominum non oblitus, egit Patrem, aureis obærata beneficiis, Legalis sapientiæ Academia, voti rea hoc marmore in ejus obsequium, animato sibi æterna veneratione prosequendum, seræ testatur posteritati. Prorectore Illustris. Co. Gvido Feramusca Patr. Vic. M. DC. XLVIII.

56 NICOLAO Mocenico principalis Fortunæ paratu cunctorum munificentiam supergresso, quod ex omni Regnantium instrumento solam clementiam, & mansuetudinem deprompserit, summamque vim arbitratus aliquid de Jure decedere, amari maluerit, quam merui, Juris studiosa juvenus non uno indulgentiæ exemplo obstricta, parenti mitissimo hoc pietatis, ac venerationis M. P. Anno M. DC. L.

57 ALOYSIO MOLINO Prætori incomparabili pacis, libertatis, & abundantia restitutori felicissimo, cui cuncta debet, populus Patavinus posuit.
Anno Domini M. DC. LII.

In interiori cubiculo, sub busto marmorea.

58 ALOYSIO MOLINO Prætori, qui, cum Urbem cædibus cruentam, nocturnis insultibus intutam, penuria, ac fame prope obsessam inveniisset; incredibili virtute, ac pervigili semper cura post sequeviam latrocinationem repressam, atque adhibita juvenilibus animis fomenta, ut pacem pati vellent, annonæ rerumque omnium affluentiam, adversus anni sterilitatem, fundosque mendaces invezit, & pro corrupto, ac perditio
bis

his statu optimum, ac felicissimum, longo etiam imposterum, provisu induxit; Juris studiosi, Mutarum, ac Civium sospitatori P. P. Gustavo Adamo Baner Jo. Fil. de Mulamer, Noerby, Verder, &c. Succo Syndico, ac Pro Rectore Anno Domini M. DC. LII.

59 **ANDREAM PISANUM** Prætozem, Gymnasii columen ingens; sed breve publicæ felicitatis bonum, ubi vix sibi ostensum abripi videre sapientiæ cultores, ut aliqua ratione perpetuum redderent, ejus effigiem vice speculi sacrarunt, in quod, qui regnant, quique regnatur, non sine fructu intuerentur Anno M. DC. LIII.

Georgio Hilmano Eratzmann Luneb.
Saxone Syndico, ac Prorectore.

60 **LAURENTIO DELPHINO** Pad. Præt. opt. qui felici non dum peracto regimine, in hac luctuosa contra Turchas tempestate, ad majorem luculentam Reipub: opem, Corciræ Præses, dehinc Trium Insularum Imperator, magno omine evocatus, non inops animi præparavit æquitate. Prætozem, patrem clementia, cum diu excolendum omnium clamor vocitat, Phil. ac Med. cultores ex voto P. P.

Anno M. DC. XLVI.

61 **ALOYSIO PRIOLO** paternæ venerationis titulum promerito, quod sub motis peccandi causis leviores lapsus, atque ætatis licentiam clementer estimarit, & in pudoris notam suplicio converso suffundere maluerit, juventutis sanguinem, quam effundere. Artium studiosi summo regnandi artificii effigiem sacrarunt.

Anno M. DC. LIV.

62 **ANGELO CORRARIO** Prætori. Qui Veneto Cælo delapsus populis, quoscunque adiit, beneficis,

ac fa-

ac salutaris , his etiam terris usura brevi commoda-
tus , mansuetudine , celeritate , & consilii præstantiæ
nominis augurium implevit : hoc etiam , quod in ipso
rerum ingentium molimine evocatus est , ut pacis ,
ac felicitatis Internuntius , Romanum Orbem collu-
straret . Literæ , ac disciplinæ Cyllenium sidus sibi mo-
do ostensum , beneficiis præsens adorant , atque ce-
repti desiderium augusta imagine solantur .

Anno M. DC. LVI.

*Post ascensum Salarum in Magna Aula ,
in ornato marmore . .*

63. Hoc militari aspectu , cultumque civilis Imperii in-
signibus radiante , spectantium oculos rapiebat A-
LOYSIUS MOCENICUS ; incertum , bello , an pa-
ce clarior cum à Turcicis trophæis recens in Urbe stu-
diorum altrice , Ortomannicas manubias musis conse-
craret , fessisque rebus subveniens , fovendis ingeniis
laudem fenerator . Juris studiosa juvenus , suum
cuique decus rependens , sacros vultus , quam publi-
cis hostibus formidatos , tam clementiæ fulgore co-
ruscus , æternum grati animi monumentum statuit .

^ Anno M. DC. LVIII.

Ibidem in media Aula , cum busto marmoreo . .

64. DOMINICO GRITTO Prætori , qui egregia ma-
jorum in hanc Urbem merita , novo decore cumula-
turus , largo annonæ provisu , pacisque , & concor-
diæ studio , fortunæ magnitudini par civium voto ma-
jor sacrum publicæ pietatis ærarium Plebis egestati le-
vamen institutum injuria Temporum labefactum , &
prope collapsum , incolumi jure , atque immunita-
te restituit , & post Præturam etiam tuendum sibi ,
& conservandum suscepit , quatuor viri , & ejusdem
ærarîi curatores hoc æternæ laudis . M. P. Anno 1677.

Ad in-

*Ad ingressum cubiculorum Palatii extrinsecus; ubi
statua figuris ornata.*

- 65 Siste prodigiorum amator. Lege, & omnia decora in uno collecta nosce. Hunc aspice, alium concipe. Hic cœlicus Spiritus humanos artus indutus, Pacis, & Justitiæ conservator, bonorum vigilans, malorum judex misericors; agilis ad motum pro cunctis, facilis ad intelligendum pro singulis. Æquè vivet in ævum, si benè intelligis hujus naturam. Cupis clarius nomen audire? Iterùm perlege, & errare ne dubites; nam in aliis colligi nequeunt hæc Intelligentiarum recensita ornamenta, quàm in ANGELO DIEDO Prætore; cujus Immortalitati posuit. Anno Domini M. DC. LXXX.

In eadem Aula proxima loco audiendis causis destinato, sub marmorea statua.

- 66 ANGELO DIEDO Prætóri præstantissimo, cujus ea fuit civilis prudentiæ fama, ac sapiens in judicando celeritas, cum mora conjuncta, ut concurrentibus certatim ad cortinam litigatoribus, plurium ætatum dissidia, aut composuerit, aut diremerit, Causarum Patroni, nullis unquam actionibus, ampliacionibus, aut comprehensionibus fatigatum admirati, hoc æternum *χαρισθιρον* P. P. Anno M. DC. LXXXVII.

Ibidem sub altera icone marmorea.

- 67 ANGELO DIEDO Prætóri præclarissimo, quo nemo sanctiùs justitiam coluit, nemo profusiùs Juris cultoribus favit; Juris, & Justitiæ studiosi juvenes, non uno indulgentiæ exemplo obstricti, hoc grati animi, & venerationis monumentum P. P.
Anno M. DC. LXXXVII.

- 68 ANGELI DIEDI omnibus regnandi artibus expectatissimi, Prætoris imaginem ab exemplari in omnium animis à clementia, & omnibus obvia facilitate ad vivum impresso; Juvenes artium studiosi, in observantia,

vantiæ, ac venerationis monumentum, hic exprimentam curarunt.

In Atrio Ædium Pratoris, propè locum Decurionum, sub simulacro marmoreo.

- 69 ANGELO DIÉDO Pratori, tutelari hujus Civitatis Numini, præclaras avorum virtutes suis longè prætergresso, justitia, clementia, vigilantia summè conspicuo; annonæ ubertate, enixè conservata, sacrilegis Templorum expiatoribus memorando exemplo mulctatis, Themidis oraculis sine ulla ambiguitate redditis, comitate citra majestatis periculum mirè exercitata, Decuriones devincti animi tesseram æternam duraturam.

P. P. M. DC. LXXXII.

Ab hoc non procul, sub insignibus JOANNIS CORNELII Ducis Veneti.

- 70 Quod bonum, faustumque, felixque in perpetuum fiet, JOANNI CORNELIO Augustissimo Principi, bono rei Venetæ nato, ejus salutis publica securitas ininitur; Decuriones Patavini, quod olim splendide, & innocenter gesta cupidè privatim conceperant, nunc ad honorum apicem evecto publ. decreto læti

P. P. M. DC. XXIV.

Supra ipsum Pratoris tribunal, hæc inscripe.

*Oculis spectatur obitu
Elaturū obitu
citur imago
rejerens B.
Pm V. Pont.
Max. Ord.
Prad. Hispaniarum Regē
cum Venetorum
Duce sanctissime conjun-
gente, ut sub
tati viri auspiciis mari-
mam cladem
inferans Tur-*

- 71 Hanc Divinam Principum conjunctionem, post adeptam contra Turcarum Classem, felicissimam victoriam JACOBUS ÆMO Prator hic depingendam mandavit. M. D. LXXI.

Ab hac non longe, sub pictis imaginibus.

- 72 MARINO de Caballis Equiti exactæ Præturæ monumentum German. Univ. posuit. M. D. LXII.

Ibidem in facie Aula.

- 73 Post Illustrissimas legationes Superantii Fratres Patavini Pratores Jacobus, & Joann. Equites, ille Anno 1570. & rei frumentariæ; Hic Anno 1590. re-

rum

rum omnium durissimam Charitatem Divino beneficio superarunt.

In proximo cubiculo in Pariete cum simulacro.

74 HIERONYMO Justiniano Joannis Equitis filio,
Prætori æquissimo. M. DC. LXXIV.

75 JOANNES JUSTINIANUS MARCI ANTONII INCLY-
TI VENETIARUM DUCIS FRATER.

Visu, atque auditu et juxta venerabilis, cum mi-
ro severitatis, ac mansuetudinis temperamento res
olim difficillimas Imperium, ac libertatem miscuisset
eos amoris, ac venerationis fructus tulit, ut festę pa-
cis, atque annonę memoriam hęc omnium gratula-
tione spectetur, quo discendente nemo lacrymas te-
nuit. M. DC. LXXXVIII.

76 ALOYSIO Sagredo Eq. Zaccharię Parenti Æmu-
latori, publici otii vigilantiss. custodi, scelerum a-
cerrimo vindici, Nobilium moderatori humaniss. ple-
bis piissimo patri, Justitię typo, clementię archety-
po, prudentię miraculo. Decuriones devinctorum
Civium in Argumentum P. M. DC. LXXIV.

*Fuit hic
Patriarcha
Venetiarum*

IN PALATIO PRÆFECTI.

Quod *Scardeonius* Regiam Carrariensium appellat. Extructum
est ab Ubertino III. Dño Paduę; mox per Venetos Recto-
res cubiculis, Aulis, & aliis ædificiis amplificatum, ma-
gnificentisque exornatum, ut indicant monumenta, & inscriptio-
nes insculptę marmoribus, æfixęque parietibus. A porticu, seu
perystillio superiori quod 72. columnis rubri marmoris fulcitur,
ab eodem Ubertino anno 1739 erecto, per ambulacrum innixum
decem prægrandibus altissimis arcubus lateritiis, itur ad mœnia
Urbis antiqua, ubi in angulo ad meridiem pulcherrimę turris,
quę fluente respicit, hæc inscriptio legitur.

*Ungar. p. 1.
Cortell. l. 2.
Caldererius.
Port. l. 3. c. 8
Scard. f. 279*

VICTOREM Contarenum Præfectum vigilantissimum

R r r

mœnia

moenia restaurata an. 1667, cui felicissimo regimini perpetuò collaudant.

- 2 In tertii arcus coronidē extrinsecus versus Cathed. Eccles. hæc alia inscriptio temporis injuria ferè consupta.

Septimus in ero serv. . . . des dir.

Ordine quo Patavi jus habuere potens.

Ho . . . iter emittit super istas arc . . . b . . . b . . . b . . .

Atan . . e s Patavis . . spes satis di . . .

Mane primo In turri horologii sub stemmate Michaelis Stenni Ducis Venetiarum.
 Ubertinus extruxit, ibique
 3 Horologium
 edidit, deinde
 Veneti auxere, magnificè
 remque reddere.

Celeberrima Sacris.

Sceptra tenens Marcus letis promisso triumphis

Tranquillam servare bonis sine sanguine Pacem

Civibus aeternam requiem, finemque laborum.

M. CCCC. VI.

Ibidem sub coronide in lapide specioso.

- 4 **VITALIS** Lando Præfectus hoc Horologium restituit an. 1614. Aloysius Coradinus decurio opus probavit an. ab V. C. M. 1623.

In hac non procul.

- 5 Decuriones, Sartorius Urfat. Eq. Mar. Hieronym. à Ponte, Albert. Mussat. Franc. M. Cittadella restaurav.
 6 Et ampliaverunt horologium auctore Joanne Carleseo Anno Sal. M. DC. LXXXIX.

In magnificentissimo Palatii prospectu magnis, ac formosis litteris.

- 7 Reip. genio, Urbis ornamento successorum usui illa sa antecessorum memoria Ant. Priolo Præf. à solo extruxit.

M. D. IC.

Fori frontem equam habitationi spectaculo majorum ant-

Hi enim duo Præfecti diru-

moriz,

morie, Urbis decori, Stephanus Viaro Praefectus re-
stituit. Anno Domini 1605.

tis prae-
dificiis prospe-
rum hunc to-
tum pernobi-
lem palatii e-
rexerunt, cu-
jus partem ab
teram Praefe-
ctus habitas,
alteram Qua-
storum occu-
pans domici-
lia, Praefecto-
rumq; Vene-
torum insignia
in lapide ex-
culpta à Civi-
tatis deditione
usque ad eorum
praefecturam
ordine digesta
sunt.

8 *Olim sub veteri podiumo in amplo marmore.*

- D. Marfilius Natus Jacobi Dñs Paduae.
D. Marfilius Primus Dñs Pad.
D. Nicolaus de Carraria II. Dñs. Paduani districtus
& nunc Pad.
D. Marfilius de Carraria II. Dñs Pad.
D. Ubertinus de Carraria III. Dñs Pad.
D. Marfilietus Papafava de Carraria IV. Dñs Pad.
Jacobus de Carraria V. Dñs Pad.
D. Jacobinus de Carraria VI. Dñs Pad.

9 *Supra portam Decumanam verè Regiam tum ob magnitudinem,
tum ob columnas, ac caetera ornamenta marmorea magnis litteris.*

SENATUS VENETUS ANDREA GRITTI PRINCIPE

JOANNE BADUARIO | JOANNE MAURO
Doctore, & Eq. Praetore. | Praef. integer. M.D.xxxii.

*Statim post ingressum ad aream interiorem in superiori limine ostii
cum Stemmate.*

10 ANDREAS Barbadicus Praefectus Anno 1556.
Officium Collateralis.

Ibi prope super ostio aditum quaestorum cum Stemmate.

11 MARINO Grimano Principe. Stephano Viaro
Praefecto. M. DC.

In ipsa Quaestoris domo in parvo lapide.

12 JOANNIS Simateculo Quaestoris. An. 1589.

In ade, ubi Aerarium Publicum in lignea tabula.

13 Signa haec Musti aequor truculentum, qui abscondit
annis bis septem terras nunc regit astra, manent.

Ab hoc non longe.

14 LAURENTIUS Michael Quæstor an. 1594.

Altius in pariete sub vultu marmoreo.

- 15 FRANCISCO Bolani Quæstori vigilantiss. qui publicum ærarium ministerio, & magnis gloriis onustum ditavit, ac omnium sibi voluntatem meritis devinxit.
M. DC. LXVII.

In ipso aditu atrio sub duabus marmoreis imaginibus.

D. O. M. D. M. V. & B. A. C. P.

- 16 BERNARDUM Memmum, & Vincentium Amuleum inspicere, & suspicere duos Paravii moderatores, unum Virtutis exemplar, inter cætera immortalis Beneficentiæ impressa Vestigia, publicis actis ampliorem hanc eadem aperiebant, propriæ Gloriæ, & publicæ felicitati Teatrum. Anno reparatæ Salutis 1683.

Tantis, atque eximiis moderatoribus, Venturinus Valle Cancell. Phiscalis, hoc obsequ. animi vestigial persolvit.

Ibidem ubi gemini marmorei vultus.

D. O. M. D. M. V. & B. A. C. P.

- 17 In Angelo Diedo, Aloysium Pisani, in Pisani Aloyfio, Angelum Diedo, in utroque, unam virtutem Moderatorem unum. Nomine alterum, utrumque moribus, & ingenio Angelum; Duos in una specie Angelos, Magni Consilii in Privatis Negotiis, & Publicis; Nihil obrutos Publicis, nihil dedignatos Privata, ad Publica Animi præsentiam eandem, quam ad privata, ad Privata eandem celsitudinem mentis, quam ad publica præferentes; Publicæ, privatæque ubilitatis, æquè studiosos, atque suæ negligentes æternum monumentum complectatur. An. Sal. nostræ 1687.

Ibidem ad Valvas Cancellaria litteris aureis.

- 18 Translatio Cancellariæ Phiscalis 168...

Sub Aula inferiori, in qua Præfectus Urbis sententias adversus Capitalis Criminis Reos pronunciat, sub Fornice.

- 19 Hieronymo Raynerio præfecto optimo 1629.

Ibidem

Ibidem supra ostium Cancellaria Civilis Praefecturae, ubi jura Publica servantur.

20 **FRANCISCO** Sanuto Praefecto M.CCCG. LXXX.

In ipsa Cancellaria, ubi Archivium, seu Tabularium, cum stemmate.

20 **Archivium**, ad jura Publica servanda, ad Urbis splendorem, Forique Commodum, Processorum, successorumque memoriam, ab **ANTONIO Grimano Joan. Baptistae D. Marci Procur. filio Praefecto Oratore ad Pontificem designato constructum Anno 1665.**

*B. Giovanni
non Erbo. 1665.*

E¹ regione hujus Cancellariae, post Ascensum Salarum, supra portam Aulae ad Occidentem, sub stemmate Ducis.

21 **ANTONIO GRIMANO PRINCIPE.**
ANTONIO PRIOLO PRAEFECTO Anno M. DC.

In inferiori perystillio statim post ingressum super ostio.

22 **Cancellaria del Territorio. M. D. VI.**

Ulterius in area, ubi equile, & diversorium militum altius in pariete, ad Orientem.

23 **PETRUS MARCELLUS PRAEFECTUS.**
Egregius laudes inter, decoravit honeste has fupertas Aedes: gloria Ducis erit. M. D. LXXXVII.

Adjacet huic Cancellaria grande aedificium cameratum ubi, sub praecaltis Fornicibus praegrandes tres furni aspiciuntur a Carrariensibus extructi, ut ibi panis pro militia tempore obsidionis Urbis conficeretur, coquereturque.

o Vinca

Super Equile.

24 **PETRO MULA Praefecto vigilantissimo.**
Joann. Baptista Brisini P.
Anno M. DC, LXXXII,

In sub.

In Subgrundio magnarum Scalarum, ad Aquilonem formosis literis.

25 JOANNES Maurus Præfectus 1607. PETRUS Maurrocco Præfectus 1608. Regias has scalas erexere.

Post ascensum Scalarum, ad Aula splendidum ostium.

26 HERMOLAUS Zane Prætor.

Joan JOANNES Maripetrus Præfectus. M. D. C. VI.

In ipsa Aula ad meridiem ad pictas imagines.

27 SEBASTIANUS Justinianus Præfectus Anno 1650. Hieronymus Justinianus 1655. Angelus Justinianus Præfectus 1660. Paulus Justinianus Lofius 1670.

In medio Aula sursum altius in pulchro marmore.

Joan 28 Hujus Augustalis humilis antea nimis, & jam obsoleti Joannes Maripetro Præfectus auxit vestibulum, ornavit ostium, illustravit aulam, ut respondeat Republicæ Præfecturæ, Urbis dignitati, & illius erga Patavinos benevolentia. Anno salutis humanæ. 1607.

*ex ista diversamente
come è marcata un
quarto segue }*

29 JOANNI GRIMANO Eq. D. M. ^{Præf.} Antonii Proc. F. duorum Procuratorum Fratri, qui incertum facundia, an consilio major, visu, atque auditu venerabilis, post legationem ad Cæsarem, omnium, quas sol viderit splendidissimam, Urbis Præfectus, hoc veluti secessus, in altitudinem consiliorum conditus, Adium vultu, ac stipatu magnos Reges provocant, Mansuetudine, ac facilitate populis immixtus, Imperium, ac libertatem miscuit, Themidis Sacerdotes summo iustitiae posuere. Ann. M. DC. XLIX.

In eadem Aula, sub icone marmorea.

30 PETRO DELPHINO Præfecto, qui literas, ac disciplinas fovit impensis, quia quodcumque illæ præcipiunt, abunde præstitit, ac beneficiis magis, quam remediis ingenia experiri, bonaque facere maluit, quam cogere. Cui juventus, cum omnia de-
beas

beat, sibi videtur ingrata, si cum Praefectum appellet, quem semper patrem experta est.

Anno Domini M. DC. LXVI.

Postea Dni Mani &c.

Sub depicta icone, marmoreis ornamentis insignita.

- 31 Praestantissimo merito HIERONYMI JUSTINIANI effigies hisce penetralibus sacrata est, quae sicut exporrectae frontis honore, & augusta oris dignitate reliquas imagines antecellit, ita ille clementia, liberalitatis fulgore ceterorum Praefectorum luminibus obstruxit. M. DC. LXII.

In splendido ignis Camino regii cubiculi, ad occidentem.

- 32 Conclave hoc Regium gentis Capellae magnificentia exstructum Patavini Gymnasii annuis magistratibus legendis Comitium Justitiae sacrarium cum Deae ipsius simulachro, Juris Sacrodotum augustius reddere decrevissent, Nicolai Capelli Praefecti incomparabilis vultibus expresserunt. Anno M. DC. LIV.

- 33 Ut olim Romana Curia solam Censorii Gatoni effigiem recepit, Philosophantium in hac Urbe coetus unam Nicolai Capelli imaginem placida oris majestate serenam sacravit, hocque illi comitium instar atrii esse voluit. Par utriusque virtus nisi, quod hic mitior, & à nudo unquam accusatus est.

Anno M. DC. LIV.

Sub icone marmorea, pulchra valde.

- 34 SEBASTIANO MICHAELI Urbis, morumque Praefecto, quod inusitato mentis vigore purgata larociniis Urbe, Civibus, ac Musis pacem praestiterit, fidam, & duraturam, auctisque in nullius noxam vestigalibus, Gymnasii aerarium sublevavit. Sapientiae cultores ejus sacro vultu justitiae, ac generositatis simulacrum P. P. Andrea Zanino Syndico Prorect. 1651.

35 SEBA-

- 35 SEBASTIANI JUSTINIANI Præfetti .
 Simulachrum , quod paupere saxo Auræ Virginis
 cultores posuerunt , si fortuna votis respondisset stare
 aureum jussissent , quando ille duro seculo aureos mo-
 res induxit , Aurique animosus contemptor , utili re-
 rum annona soli virtuti , ac literis pretium posuit .
 Anno Domini M. DC. LII.

In Aula Præfectoria .

- 36 PETRO Mauroceno Paduæ Præfecto
 In perpetuum grati animi pignus
 Bombarderii Patavi P. Anno M. DC. XI.

- 37 ZACCHARIÆ SAGREDO Præfecto , cu-
 jus virtutes , ac merita æquarunt pauci , superavit ne-
 mo , milites Bombard. patrono optimè mer.
 Anno Domini M. DC. XXIII.

- 38 SYLVESTRO VALERIO , quem Heroica virtus ,
 & honor Patavæ Præfecturæ summa integritate gessit
 in eadem Familia continuaretur Maximo Fratri succes-
 forem dedit , Universitatis Juristarum protectori , ac
 patrono optimè merito . Galeat. Feramusca Syndicus
 ex ejusdem Universitatis decreto , hoc grati animi per-
 petuæque observantiæ monumentum posuit 1621.

- 39 HIERONYMO DELPHINO qui post varia
 regimina tandem Paduæ Præfectio , munere Alovii progenito-
 ris vestigium passim æmulatus humanitate , probitate , elemen-
 tia ad faustitatem temporis curriculum retraxit , hoc marmo-
 reum opus Univerf. Artist. ex animi voto promerito obulit ,
 VVarnero Ladinges Incl. Nat. German. Artistar. Consiliario ,
 Syndici vices gerente .
 Anno Domini M. DC. XLV.

- 40 CHRISTOPHORUS de Canali Pad. Præf. 1529.

41 VINCENTIUS Gradonico Eques Paduę Præfectus
Anno M. CCCCC. XCIII.

42 PETRUS MARCELLUS PRÆFECTUS.
*Egregias inter laudes decoravit honeste
Has superans Aedes gloria decus erit,
M. D. LXXXVII.*

In Atrio superiori, seu perystilio, in lapide ad meridiem.

43 M. D. IV.
PAULO Trivisano à Tricia Equite Præfecto, Ju-
stitiæ Civis, pietatis pauper, honestæ virtutis, dixit
docta caterva patrem.

44 ANDREAS VENERIUS Præfectus, Avi, pa-
tris, & patrum, cæterumque majorum vestigia imi-
tari conatus signum posuit. M. D. I.

45 ZACHARIAS DELPHINO Præfectus Patav. Bello
laborante in ipso hostium incurso, animi magnitudine addu-
ctus, magistratum alacriter ingressus, mox accedens collega
PETRUS BALBI cunctæ Civitati veluti duo lumina fulse-
runt, sub eorumque accuratissima administratione discussis, *Vide supra*
ac feliciter fugatis tenebris, quibus Urbs præmebatur confe- *fol. 222. &*
derati exercitus Pontificis, Imperatoris, Regis Gallorum, *Inscrip Agri*
& Hyspaniensium Civitas accerrima obsidione liberata est. *Pat. fol. 293.*

Anno M. D. IX.

*Iuncta vides uno Reclorum insignia nexu
Sic quoque concordæ mente suere pares.*

46 DOMINICUS MARINUS.
*Omnia fert atas, quid pingere nomina prodest
Hic mos servatur prisco laudatur ab ævo,
Hac quoque DOMINICUS veterem de more MARINUS
Grævis Euganeis abiens sua signa dicavit.
M. C. D. XCVII.*

47 PETRUS MAUROCENUS Danielis F. Præfectus,
Proavi, & Avi, alteriusque Petri Mauroceni Patavi

sss

Præf.

Præf. memoriã, tametsi nunquam emortuam neque emoriturã, his tamen insignibus suã in eos pietatis, & observantiã ergo excitavit. 1611.

48 PETRI Duodo Eq. Francisci Proc. filii Præt. majorum virtutem Patavina Prætura, & Præfectura clarissima posteritatis mem. commendavit 1608.

49 MOCENICÆ Familæ Patavii Rectorum monumenta Leonardus Mocenicus M. Antonii F. Præfectus gentiliũ consanguineorumque suorum memorię p. 1500. Alios ejusdem familię filios, Aloysius Mocenicus Præfectus addidit 1678.

50 *Stemma SEBASTIANI spectas BADUARIÆ prolis
Quod certi ac recti plurima signa latent
Munera militiæ, sapiam, moresq; Catonis
Non paries cuncti pectori fixa tenent.*
M. C D. X. C.

In Perystilio ad Orientem in lapide cum Stemmase.

51 JULIANO Gradonico ob justitiam, & integritatem Urbis Præf. M. D. XVIII.

52 ANTONIO Barbaro Capitano, dotibus egregiis fulgentissimo, gloria honoreque Illustrissimo, legum, militiæ, necnon omnis prudentië Quirinalis, rerumque sapientissimo. Ter magno Viro, apprimè Bombardierorum cętus devictus erexit 1614.

53 HIERONYM. Capello Præf. prudentië, justitië, & animi magnitudinis laudibus cumulatissimum, militiæ fautorem liberalissimum, oculisq; posteritatis admirandum, hoc insigni monumento Bombardieri, magnis illius meritis devincti decorarunt An. Dñi 1613.

*altra Iscrizione in Aula Heroum Jacobi Sabarellay. 1669
con questo segno. Q*

- 55 Sereniss. Reipub. Senatori Antenoris Urbis Praef. & Academiae procuratori **GEORGIO** Contareno, qui excelso patriæ, & gentis Heroas simulatus, summa probitate, & prudentia, publicæ felicitatis auctor in omnium animis eximie gloriæ nunquam interitura sibi constituit monument. ob egregia erga Theolog. Philof. & Med. Universitatem merita **Philibertus Vizzanius** Patrit. Bon. prorector, & singul. Nat. Conf. pub. Decr. pos. 1642.
-
- 56 Reipub. Ven. Majestatis **HIERONYMO** Delphino Senatori, quo regimini præf. imperante, **Aloysii** Aviparentis sæcula ætas glor. retulit hoc ævi hoc perenni eternitatis monum. Jurisconsult. ad summum fastigium extollendum pangere consult. indicat **Apollo Illustris.** D. D. Comite Germanico ab Angarano Vicent. prorect. meritiss. M. DC. XLV.
-
- 57 **JO. ANT.** Zeni Praef. constantiam, & celeritatem igne quodam voluere difficillimis temporibus Urbi, ac Reipub. salutarem Philosoph. ac Med. coetus æternitati sacravit **Theodorus Mistachielus** prorect. an. 1644.
-
- 58 **HIERONYMO** Legio Praef. Sen. munificentiss. & morum suavitate, & animi candore conspicuo, iudicis ad regendum, imo imperandum acto. **Dominicus Paradisus** Ven. ex decreto Veneti Senatus ad militaria acta Patavii conficienda adscriptus, beneficentiss. patrono memoriæ, ac observantiæ ergo. Anno à Dominica reparatione M. DC. XXVII.
-
- 59 **PETRO** Duodo Praefect. vigilantiss. ob rerum gestarum magnitudinem, justitiam, & singularem in nos benevolentiam **Libratores** p. p. M. DC. IX.
-
- 60 Ob eximiam **NICOLAI** Vendrameni Praefecti in milites benevolentiam. **Gottardus** Gottardi Militum Bomb. Dux in castris benevolentia, & devotionis ergo 1628.
-
- 61 **ANTONIO** Priolo Praef. vigilantissimo summæ integri-

tegritatis, & sapienti viro addictissima Juristarum Universitas dicavit Anno M. DC.

62 ALOYSIO Georgio Præf. integ. ad studiosorum commodum, dignitatemque tuendam, atque augendam nato. Univ. Jurist. hoc debitæ observantiæ monumentum constituit patrono suo vigilantiss. An. Dñi 1576.

63 STEPHANO Viaro Præf. vigilantiss. literalitatem Artist. cultori, studiosorumque omnium fautori benignissimo A. V. P. Joanne Aver Rectore 1606.

64 FRANC. Cornelio Paduæ Præf. ob pietatem in Universitate Jurist. Petrus Polidorus à Monte Brandono J. U. Rect. & Eq. P. C. Anno 1580.

65 HIERONYMO Civrano Præf. ad imperium nato, Francis. Jambono Vicent. Syndico Jo. Bapt. Savetia Laudensi profynd. Univ. Artist. hoc sui obsequii argumentum posuit. Anno Domini M. DC. XXXIV.

In Aula ad pietas imagines.

66 MAXIMUS Valerius Sylvestro fratri Præfecturam consignat. Anno M. DC. xxi.

67 PET. Marcello Jac. Antonii Eq. Aurati, & pacis bellique artibus ornatissimi filio, zmulatorique, qui Rhodiginam POLYNESSUM Reipub. adjecit, Martinongium strenuè servavit castinantem saltum, & BIBIENAM cœpit, diram obsidionem pertulit, unde Pisis libertas incolomis mansit ab ampliss. honoribus domi forisque indemnis à summaque in Deum, ac patriam pietatē clariss. Petro Præf. Patavino tantarum virtutum admiratore Gentili suo bege de Rep. merito, & alioquin propria luce fulgenti, familiarem MARCELLORUM larem parum oculentium in foco locavit sept. Kal. Oct. 1586.

Super ostio secundi cubiculi sub statua marmorea.

*In eadem
Aula conspicitur simulacrum marmoreum sub pa-*

68 Hæc ad Præfectos intima penetralia infra dignitatem humilia, & vetustate labentia VINCENTIUS Guffonius

aus Eq. & Præfectus firmatis fundamentis, cubiculisque pervio inter se usu aperto, concinna seriè dispositis, in hanc digniorem formam redegit. An. 1626.

*pilione Alexandri Moli-
no Aloysii fili-
lii, qui fuit
Prætor anno
1650. mox
Orator ad Cæ-
sarem, et Le-
gatus Constã-
tinopoli. Por-
ro Alexander
fuit Mariti-
mus Impera-
tor contra
Turcas anno
1696. nunc
Generalis Pro-
visor in con-
tinente. Vide
suprapag. 61.
492. & Inscr.
Agrit. 344.*

69 Viro Illustris. & Excellentis. Aloysio Delphino Urbis Præfecto omni prudentia, omni dexteritate, eximio Univers. Artist. ejus meritorum memor, marmoreum hoc observantiæ monumentum Synd. Illust. Aloysio Zono Nob. Brix. P. C. M. DC: xxv.

70 ALOYSIO Valaresso Eq. Præf., de Gymnasio optimè merito marmore erigit, quod corde condit Univ. Jurist. devotionis aram, Dionco Albano Bergom. proreft. 1632

71 JACOBO Superantio Præf. justissimo optando, memorando perpetuo mil. Bombar. pos. 1637.

72 PETRO Corrario, quem natura fecisset regem, si reges ipse non faceret. Pio magnanimo heroi Præfectura emerito. Universa Jurist. vota, Henrico Lindesavo Nob. Scoto Syndico, & proreft. An. Dom. 1641.

73 PAULO Justiniano Iolino Præf. benignitat, & majestate conspicuo milites Bomb. p.p. An. M. DC. Lxxix.

74 JOANNI Barbadico Præfect. oprimo clementissimo, si stupidus fileat orbis, merita illius admiranda æternas referet laudes. Quem Universus Jurist. ordo in perenne sui obsequii testimonium, volens lubens posuit an. 1635.

75 Clementiæ MARCI Prioli Præf. Universas Jurist. p. in Synd. Jo. Petri Franchi patritii Veron. Prosynd. Nicolao Pone M. DC. XXIX.

76 HIERONYMO à Lege Præfect. officio perfuncto Patavino discedenti, ut late pateat tanti patroni memoriam nunquam

nunquam ex animis Jurist. Univers. discessuram hoc grati animi monumentum posuit ejusdem Univers. sub felicissimis auspiciis perillust. & generosiss. D. D. Andreae Porcelage Patricii Brix. Synd. meritissimi.

-
77. JO. BAPTISTÆ Grimano Ant. Eq. & Proc. filio post varia maritimarum rerum gesta belli, pacisque exulta Patavii Præfecto virtutis, justitiæ nemini secundo, Tormentorum manualium milites Paduæ devinctissimi perperam. pos. Anno à Jesu Natalibus M. DC. XXXIV.

In altero cubiculo ad Aquilonem in camino ignis.

78. Hanc partem ædium à JOANNE Capello extructam Zacharias Contarenus Eq. & Præf. splendidissime ornandam curavit Præt. Thoma Mauroceno M. D. CXV.

-
79. DOMINICO Thiepolo Serenissimæ stirpis imaginem propria virtute, & rerum gestarum gloria ad vivum referenti facibus Domi, forisque conspicuo, mox Decemviratus pro summo à conciliis munere in urbe functo, inde Patavinam Præfecturam ea ingenii, & justitiæ laude ingresso, ut optimi Prætoris partes omnes quadrimestri adimpleverit Mil. tormentarii in delecto pro expeditionibus integerrimam ejus prudentiam omnium æqualitate experti, aliisque multis, ac maximis nominibus devinctissimi P. M. DC. XXIX.

-
80. PETRO Sagredo Pat. Præf. difficillimis temporibus immortalis cum laude, & gloria perfuncto milites Bomb. P. P. M. DC. XXXI.

-
81. ZACHARIÆ Sagredo Præf. non minùs optimo quàm maximo, in cujus æqua, & sancta jurisdictione raram fecit mixturam, cum severitate comitas, patroni utriusque fori magnis meritis devincti pos. 1623.

82. MARCUS ANT. Grimanus Pat. Prætor anno 1552.

83. MARCUS Grimanus Patavii Præfectus An. 1567.

MAR-

84 MARINUS Grimanus Eques Pat. Præf. Ann. 1587.
D. Marci Procurator 1588. & Dux Venet.

85 JOANNES Grimanus Ant. Eq. & D. M. Procura-
toris F. designatus Pat. Præf. Anno M.DC.XXXVII.
inde ad Ferd. III. Cæs. Legatus elegitur.

86 Transicum jam humillimum illustravit ALOYSIUS
Valareffius Eq. Cap. M. DC. XXXII.

87 GABRIELI EMO Præfectura, & Proprætura
gloriosè functo privatim, & pulcè opt. mè merito
Milites Bimbard. Anno M. DC. XLVII.

*In superiori Perystilio, super Ostio Januæ Aula, ex Flo-
rum viridium coloribus, quibus olim parietes bone-
stabantur, viridis vocitata, quo loci à Præ-
fecto jus publicè dicitur.*

89 JACOBO EMO Præfecto. M. D.

Super alterius janua liminari.

90 HIERONYMO CORNELIO Præfecto. 1535.

*In quatuor parietibus primi Conclavis hospitii, quiddam
quatuor inscriptiones sequentes explicans, nobilis pi-
Etoris pennicillo representantur.*

91 Uno aditu, impetuque recuperata Civitas fortissi-
mi Ducis solertiam, justissimi Senatus clementiam in-

signi

*Cernitur in-
terius vetera
Carrariensium
domicilia,
quæ ad anti-
qua mœnia
Urbis ducunt.*

signi relicto fidei exemplo admirari nunquam desistet.

1405: 92 Nec armorum strepitu, nec diræ obsidionis incommodis ulla ex parte imminuto in Rempub. obsequio à Carrariensi ad Venetam ditionem Patav. transfertur.

1337. 93 E Martini Scaligeri Tyrannide Venetis armis ereptum Patavium, Marsilii Carrariensis fidei, & integritati Senatus Consulto committetur.

1513. 94 Quam validissima manu Maximilianus Cæsar invaserat, Venetis armis, pectoribus defensam Civitatem XVIII. obsidionis die, voto frustratus derelinquit.

In eodem porystallio inter januas bibliotheca in pariete.

95 LAURENTII Venerii Præfecti optimi. M. D.

Ab hoc non procul.

96 Trivisanæ Familiæ Rectorum stemmata. M.D.IV.

In Cancellaria Criminali Præfecti supra ostium cubiculi ad Orientem.

97

*Stemmata Laurentii foribus sacrandæ Tonantis,
Nunc humili, ac grato suspice fixa loco.*

Virtutes sic apta tuas ars pandere posses;

Nulla etenim Terris major imago foret.

Illustrissimo, atq; Excellentissimo D. D. LAURENTIO Superantio Præfecto Amplifs. Senat. incompar. Patrono, ac Protectori, Christophorus Rota Cancellar. P. M. DC. LXII.

In interiori cubiculo, sub insignibus.

98 + ALOYSIUS Pisanus Hermolai D. M. Procuraris filius, sublimi claritate sanguinis, generositate incomparabili, cuicumque justus indiferens Præfectus, refulsit, profudit, se gessit tanti Regii animi splendore,

& Pa.

Laurentius Superantius designatus Orator Romæ, max Orator in Angliam missus est, nunc legatione extraordinaria fungitur Constanti-

advi. R. a. c. Turcarum Procurator Imperatorum

+ græca D. M. Divens.

& Patroni Majestatem obsequio submisso, submissione obsequiosa venerabatur, colebat Martius Marfascovich Pharenfis Cancell. 1687.

Extra ad Orientem.

99 Restaurata nel Regimento dell' Illustrissimo, & Excellentissimo Signor ALMORO' Dolfin 1690.
Antonio Contefini Cancellier.

Supra ostium hujus Area è regione Cemeterii Basilicæ majoris, elevatum, & marmore ornatum.

100 Immortalibus meritis ALOYSII VALARESSI Eq. splendidi. qui favissima pestilentia Italiam pervastante Urbi, Agroque Patavino ab extrema pernicie vindicandis Præfectus; quocumque omnia perlustrante, vel levi, suspicio pertraxit Pio Principis optimi, Patrisque Communis perfunctus officio Non ante obstitit quam exitiabilis morbi relurgentes passim flammæ prorsus oppressit servatæ Urbis XVI. viralis, & X. Viralis Magistratus exiguum grati animi monumentum dicat, & consecrat. Anno humanæ Redemptionis M. DC. XXXII.

In Aula Bibliothecæ vulgò Aula Gigantum.

Bibliotheca olim fuit in Aedibus Jettuarum, cujus supra ostium visebatur inscriptio hæc, sub Leonis imagine.

101 Bibliotheca Gymnasii Patavini Sereniss. Reipub. Venetæ decret. Civium, & exterorum commodis E. Salutis Ann. M. DC. XXXI. FRANCISCO ERITIO Principe; Præf. VINCENTIO CAPELLO; Præf. PETRO SAGREDO; Gymnasii III. Viris. FRANCISCO MAUROCENO Procur. HIERONYMO CORNELIO Equite, & Procuratore, DOMINICO MOLINO.

Anno deinde M. DC. XXX. huc translata, Principis munificentia, in amplissimam, atque splendidissimam formam redacta est.

Aula Gigantum ab imaginibus Heroum, in ipsa depictis, appellabatur, sub quibus leguntur elogia Jo. Cavatii Patav. cui Alexander Bassianus Imperator publico Decreto collecta datus fuit ad effingendas res gestas illustrium virorum, variis, diversibus; que imaginibus; etenim ea tempestate

Super Primo ostio in Candido marmore.

102

Μ ΟΝΑΘΟΝΚΗ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΣ.

Quæ ex S. C. Ad Edem D. Mar. Magdal. primum.

Posita

FRANC. Mauroceno D. M. P.
HIER. Cornelio Eq. & D. M. P.
Et DOMINICO Molino.

R. L. III. Vir.

Ttt

VIN-

solus erat ,
qui de rebus
priscis rectè
posset iudi-
care .
Scard. f. 350

514

Jacobi Salomoni.

VINCENTIO Capello Præt.

Et PETRO Sagredo P. V.

Ut in hanc Basilicam fedigeretur successit ALOYSIUS Valaresius Eq. P. V. FRANC. Mauroceno D. M. P. HIER. Cornel. Eq. & D. M. P. & PETRUS Foscarenus Auctores facti M. DC. XXXII. Kal. Octobr. FRANCISCO Pisano Præt. ALOYSIO Valares. Eq. P. V.

In superliminari, & lateribus janua.

103

HIERONYMUS Cornelius Præfectus.

Georgius Pater Præt.

M. D. III.

Jacobus G. F. Præfectus

M. D. XXXV.

Super alio Ostio, quod ad Euganeos vergit in tabella marmorea formosis literis.

104

SENATUS VENETUS.

MUSIS EUGANEIS.

Anno Domini M. DC. XXXII.

FRANCISCO ERITIO DUCE.

105 GABRIELI EMO Præfecto ; Quod Bibliothecam ventis , atque imbribus perviam libris situ corruptis , ipsisque parietibus vitium ducentibus sartam rectam exegerit , & absterfo squallore, in pristinum cultum restitutam, insigni liberalitate auxerit .

OCTAVIUS Ferrarius B. M. P.

In ipsa Bibliotheca Publica .

106

BENEDICTO SYLVATICO Patrie. Patav. Eq. Philosopho , ac Medico , Viro omnium Artium , virtutumque nomenclatura claro , Medicinæ peritia per Europam inclyto , ad morbos longè difficillimos à Cesare , aliisque Orbis Christiani Dynastis in certam spem salutis non semel extracto , in Patrio Gymnasio post duo supra triginta annos confluentibus , undique terrarum Auditoribus stipendia feliciter confecta , Primariæ Medicinæ (ut vocant Practicæ nomen , titulumque sine exemplo , in exemplum adepto , acerrimo de R. P. bonè merenti avitæ laudis æmulo , ob mille quadringentos triginta quatuor Pontificios , Civilesque libros à majoribus ingenti sumptum conquisitos ad instruendam operatissimam hanc ingeniorum officinam .
ingenti

ingenti erga . R. P. animo, Senatui oblatos monumentum
hoc tanquam auspici tanti operis, ut P. P. poneretur publicè
decretum est. Anno M. DC. XXX.

*Scribit Tomafinus in suo opere de Petrarca Redivivo
fol. 261. in hac Gigantum Aula jam dudum existisse
hanc inscriptionem quam damus, sub picta imagine
PETRARCHÆ, quam composuisse ferunt Joan.
Cavatius Crvis Patav.*

107 FRANCISCUS PETRARCHA Florentinus natus est An-
no Nativitatis Christi Jesu Salvatoris nostri M. CCC. IV.
Prima Augusti. Mater infantem primo anno in locum Anci-
ca supra Florentiam duxit, ibique usque ad octavum edu-
cavit, puer intelligens se honesta, & antiqua familia ortum,
Patri suavit, ut Italia discederet. Itaque Pisis per triennium
mansit, inde in Galliam Transalpinam migravit, in Avinione
supra Rhodanum commoratus, propterea quod tunc ibi sedes
esset Apostolica, sicque in Gallia Grammaticæ, & Rhetoricæ
operam dedit, deinde juri Civili, postea propter Gymnasii fa-
mam se Bononiæ contulit studens per tres annos; dum
verò, ut Parentes viseret, in Galliam rediisset in die Ve-
neris Sancti, qui tunc fortè erat sexto Aprilis vidit, & vehe-
mentissimè amare cœpit Lauretam puellam in Templo D. Cla-
ræ in Avinione, quam Lauram decantavit. Columnenses Pa-
tritii Romani eum carissimum habuere non solum, sed etiam
Summi Pontifices Clemens VI. Innocentius VI. Urbanus V.
Gregorius Undecimus. Carolus quoque IV. Imperator; Reges
Gallorum, & Rubertus Siciliæ; Senatoribus quoque Venetis,
sed præcipuè Andrez Dandolo literis amènioribus ornatiss. Du-
ci, nec non Marino Faletro, Joâni Gradonico, & Laurentio
Celsi Ducibus Reip. Venet. summa necessitudine conjunctus fuit.
Hinc sæpius Venetias concedebat, ubi domus ejusdem apud
Monasterium S. Sepulchri visebatur in qua sibi decreto Publico
per vitam concessas morabatur, dum pro Mediolanensibus Ducibus
Oratoris munus apud Senatum Venetum obiret. Honores
Venetorum in suis scriptis laudibus extulit, & in perpetuum
sui obsequii monumentum in Serenissimam Rempubliam, Sancto
Marco Bibliothecam suam dono obtulit. Galeatius Vice Co-
mes Mediolani, & Jacobus de Carraria Patavii Dominus, qui
eum ad Canonicatum Paduæ promovit, in maxima existimatione
habuere. Amavit unice Lombardum à Serico Patavinum.
Fuit magnæ staturæ, domesticis sebus contentus, in iram
pronus, sed injuriarum immemor, perspicax, & omnibus stu-
diis excultissimus, formosa facie, & vividi coloris; grandior
ætate sacris literis maxime intentus, in Arquado Agri Patavini

Vide Inscr-
ptiones nostras
Agri Patavi
fol. 150.

vico domum pereommodam construxit ubi Triumphos rithmi-
co carmine , vernacula lingua composuit . Vir , & qui latinè
varia , & versu , & soluta oratione edidit . Et tandem vitam
obiit 18. Julii 1374. & sepulchrum extat . Ejus funus Francisc-
co Carrariensis , qui tunc Patavii imperabat , Episcopus quo-
que, Abbates Coenobiorum totius Urbis, ac Decanus, Antistites.
Gymnasii Patavini Publici Doctores , ac universitatis scholares
cohonestandum Religiosissimè curarunt .

De domo autem Petrarchæ in hac Urbe hæc ex *Tomafino* in
suo Petrarcha rediivo accepimus . Domus Petrarchæ fuisse
perhibetur illa cujus unam partem ponè Cathedralè incolebant
jam diu Boschetti Præsbyteri Hieronymus , & Dominicus ejus-
dem Ecclesiæ cultui mancipati , aliam alii ejusdem Templi Sa-
cerdotes, Poetæ effigies ibidem conspicietur in muro picta,
quam ob Artificii præstantiam muro exsectam amplissimus Vir
Joann. Baptista Sylvaticus Eq., & Jur. Canonic. Profess. in-
suas Aedes transferendam curavit , eamque non minori cura
inibi conservavit frater Benedictus Eq. Præf. Med. in Gymna-
sio Profess. Primar. In quam sic Jo. Rodius Nobil. Danus Vir
clariss. eleganter lusit.

Transfuit in Patrias Vasem SYLVATICUS ades ,

Tutus ubi durat , splendidiore loco .

Inter Apollin eos heic agmen ducit Alumnos .

Par ete nim Domino vir fuit ante domus .

AULA COMITIORUM .

Adhæret latissimæ areæ Palatii Præfecti Xystus seu insigni-
porticus jamdudum ab Anno 1268. à Republica Patavina
extructa , ut quidam ferunt in Foro Pomario , ubi adhuc extat
columna erecta non procul à Pistorum statione . at anno 1545.
à fundamentis hic excitata est , addita splendida Comitiorum
Aula columnis marmoreis suffulta , ac variis vivis lapidibus or-
nata . De antiq; hæc Roland. Anno 1284. *Facta fuit domus circa
Turrim communis ubi fiunt consilia generalia;* ætate autem Carrarien-
sium celebrabantur in qua pergrandi Aula domui Cancellarii
Phiscalis contigua , locus hoc tempore habitationi Collateralis à
Senatu Veneto constitutus , sub quo extant adhuc magna fun-
damenta Turris , quæ ut ferunt sub Carrariensibus fuit carcer
Publicus .

sub hoc Arrio Comitiorum , vulgò la Loggia ,

sub Aenea statua .

ANGELO JUSTINIANO Præfecto . 1656.

ibidem

Turris hæc
Palatii Prae-
toris cepta est
à commune
Padua
anno 1215.
et completa
anno 1296.
deinde à Ve-
netis Resto-
ribus A. n.
circiter 1610.
altius eleva-
ta, et colum-
nulis mar-
moris ornata

Ibidem in quadrato marmore literis aureis.

- 2 ZACCARIÆ SAGREDO Præfæcto omnium virtutum per orbem insigni, atque eximia humanitate complexo, egregia suavitate morum in omnes, & sigillatim in primariam utilitatem latè conspicuo. Quatuor Viri Publico Civium decreto monumentum grâti animi Foro ab eodem, in testationem propensæ in Urbem voluntatis lateritio pavimento constructo, ad posteritatis memoriam posuere M. DC. XXII.

*Vir summe ingentes tibi, qui debentur honores,
Non habes Urbs studio cultior ecce tuo.
Illa tamen capias quod fera ardentius atas;
Corda tuum nomen, qua venerentur, habes.
Hæc tibi perpetuis placeant adstricta catenis
Quæis nulla excolui conditione velint.*
M. DC. XXII.

Ab hoc non procul, super ostio in marmore.

- 3 Creditorum securitati pignoribus servandis curant, URSATUS Ursatus Eq. & HECTOR Trivisanus. Anno M. DC. XXXIII.

*Sursum in ipsa Comitiorum Aula
In medio altius in pariete.*

- 7 Ut majorum virtutem posterii imitarentur, boni sæculi benefac. pub. sumptibus. Exactum opus an. S. 1668.

Ad laevam in pariete cum figura picta, T.L.

- 2 Romanæ Historiæ parens, humanæ Princeps, sæculi sui decus, proximi labor, remoti stupor, visus Gaditanis, Roma ipsa visu dignior, at Roma verè major, qui peritura Romanorum acta, stylo æterno mandavit æternitati.

Ibidem in Pariete.

- 5 Censos fuisse quingentos Patavii equestris ordinis suo tempore Strabo asserit, quam urbem C. & XX. armatorum millia in hostem immisisse, idem est auctor.

Ibidem

Ibidem sub figura Julii Pauli Pat.

4. L. Paul. Pat. Legum Sanctior, ac summus interpres, qui de Papiniani sacrario totam, quam hauserat, Themidem ad nostra, usque tempora produxit, in ævum quodcumque duraturam, fierunt leges donec homines, erit Paulus donec orbis.

5. ARIA Pæti cecina uxor, quem Scriboniam, cui adversus Claud. Cæf. adhæserat, in Illyrico deleto raptum, militibus piscatoriæ in navicula Romam usque secuta, ubi damnatum comperiit, parietis caput illisit, & corruit, refocillata, pugionem sibi inpectus adegit, extractumque viro porrexit, additis immort. illis vocibus. Non quod feci; sed quod facies, dolet.

Sub figura. C. Valerii Flacci.

6. Quem Valer. Martialis spem, & alumnum Laris Antenorei vocat; quæ circa juventam erepto, multum Romam amisisse conteritur Quintilianus, quantus in carmine assurgat, Argonautæ testantur, in quibus Græcorum probatissimos sequutus, vel æquavit, vel vicit.

Sub figura picta L. Pediani P. R. C.

7. Antenoreo Genere militari virtute, & Carmine Sil. Itali inclytus, qui Cannensi clade Penum exuvias Pauli Consulis ferentem confodit, spoliisque barbarico triumpho ereptis, Romanum quod orem redemit.

8. *ANTENOR potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus, atq; intima Tutus
Regna Liburnorum, & Fontem superare Timavi
Hic tamen ille urbem Patavi, sedesq; locavit
Teucrorum: Et Genti nomen dedit, armaque fixis
Troja; nunc placida compositus Pace quiescit.*

9. CLEONYMUS Lacedæmon in vectum, Medoaco leve Navigium adverso flumine impellit: inde egressi Spartiadæ Vicos expugnant, inflammant Tecta, nostri Juventutem educunt, quæ impetum in Classem, & Palantes facit. Quæ illi funditur, hæc capitur.

capitur, quæ Freti Patavini Cleonymum graviori navigio ad ostia orientem aggrediuntur, expellunt. Victores Rostra navium, spoliaque Graecorum in æde Junonis suspendunt.

TRASEA P E T O.

10 Cum Postremo Nero ipsam virtutem excindere cogitasset, THRASEAM PETUM damnavit, deditque mortis arbitrium; Ille accepto Senatus Consulto, Heluidium, ac Demetrium Cynicum in cubiculum induxit; latitæ propior quia Heluidium Generum arceri tantum Italia cognoverat. Porrectis utriusque brachii venis, postquam cruorem effudit, liberos, inquit, Jovi liberatori.

11 Lucius Aruntius Stella de quo Martialis.
*Sardonicas, Smaragdos, adamantas, Jaspidas uno
 Portat in nariculo stella, severe meus
 Multas in digitis, plures in carmine gemmas
 Invenies inde est Puto, culta manus.*

INSCRIPTIONES EPISCOPII.

Extra in pariete meridionali ad viam publicam altius à terra.

2 JACOBI Zeni Pat. Pontificis opera, atque impensa omni ex parte illustratum, auctum, ornatumque.

Is multa construxit adificia, muro aræ subdiale cœnit, an. 1462. bibliothecam rarioribus m. s. refertam. capitulo Eccl. donavit. Tomaf.

Supra ostium ad occidentem, sub simulacris Henrici, & Berta Reg.

2 Bertha Regina | Henricus IV. Rex
 JACOBUS Zeno Pat. Pontifex anno Salutis 1477.

*In fronte Palatii altius ad occidentem in marmoreo lapide, in quo
 due imagines exculptæ, in parte marmoris superiori.*

3 HENRICUS IV. REX | BERTA REGINA.

In inferiori verò marmoris parte.

M. CCC. Dñs Paganus de la Torre de Mediolano Episc.
 Paduanus fecit fieri hoc palatium.

Is enim aedes Episcopales, quæ ansea ad Ecclesiã Fratrea S. Danielis à Milone Episc. an. 1089. extru- In Æta erant,

Statim post ascensum scalarum in primo aditu sub fornice cum stem.

4 PETRUS CARD. VALERIUS Episc. Patav. 1626.

buc trāstulis ;
 quas deinde
 multis adifi-
 cii recentiore
 in formam Ve-
 neti Pontifices
 redigere. Un-
 gar. l. 2. c. 3.
 Port. l. c.

*In superiori liminari Valvarum Aula inferioris panes scalas
 tendentes ad Palatium sursum.*

5 **JACOBUS** Zeno Patavinus Præsul hanc aulam initio
 sui Pontificatus illustravit.

Supra Portam primi Diverforii.

6 **FRANCISCUS** Cardinalis Pisanus Episcopus Patav.

Ad scalas qua ad superiorem aulam est ascensus.

7 **PETRUS** Cardinalis Valerius Episcopus Pat. 1626.

*In ipsa suprema Aula planè regia à Petro Barotio extructa ornataq;
 imaginibus Episcoporum Anno 1494. ut ostendunt insignia octo
 Familie Barotia, quorum bina depicta quolibet in angulo ejus-
 dem aule sunt propè laquear. Super una ex orientalibus fenestris
 in marmorea Tabella.*

Barotius ex
 Bellunensi ad
 hanc Ecclesiã
 translatus est
 an. 1488. Vir
 doctiss. vita,
 probitate, &
 litteris cele-
 berrimus. Scri-
 psit de bene-
 moriendi ra-
 tione l. 1. dcõ.
 sol. l. 3. hy-
 mnos, & e-
 pist. ad di-
 versos. To-
 ras de gym
 fol. 397.

8 Antiquas veterum Episcoporum imagines injuria tem-
 pors labefactatas, ne quorum animos divina effigie vir-
 tus eternitati consecrasset, eorum picta corporis simu-
 lacra posterius desiderarent, **FEDERICUS CORNELI-**
US Episc. Patav. non tam illorum gloriæ cultor, quam
 virtutis admirator instaurandas curavit. An. 1578.

Ibidem in alio marmore.

9 Ecclesiæ Patavinae fastos, Sacras Pontificum effigies vetustate,
 non semel victas, Federicus Cardinalis Cornelius restituit; ead-
 dem situ corruptas, atque evanescentes, **GEORGIUS CORNE-**
LIUS Patruum magni Virtutum, ac gloriæ æmulator; ut Antisti-
 tum populus Atrium majestate sua dignum incoleret, absterio
 squallore in pristinum nitorem redigi curavit. An. 1654.

In sacra ædicula, in lapide, ad levam introeuntibus.

10 **Jacobus** Montagnana M. III. XCV. pinxit.

In laqueari cubiculorum ad orientem sub stemmate.

Scenim pat-
 rem Episcop.
 ad orientem,
 quam. Jaco-

11 **PETRUS** Donatus Episcopus Patav. An. 1428.

In Aula ubi candidatis laurea insignia traduntur quam PE-
TRUS BAROTIUS Episc. extruxit, *sub picta imagine.*

*bus Zeno mu-
 ro cinxerat
 usque ad mediã
 contignationẽ
 extruxit.*

12 Alex. VIII. Pont. Max. in hunc ordinem Philosopho-
 rum cooptato; rerum tandem potito Collegium devo-
 tum, majestatique ejus Numini p. An 1688.

Ibidem sub alia imagine,

13 FRANCISCUS de Sales Episc. Genevensis, qui &
 Patavii studuit, & J. U. Lauream acquisivit in Collegio
 Pat. Die V. Sep. 1591 manu Cl. Viri Guidi Pancirolli.

14 S. Philippus Benicius Nob. Flor. Ord. Serv. B. M. V. ejus-
 dem ord. propagat. an. 1253. Laurea Philos. Med. in hoc
 Sacro Coll. decoratus æt. XIX.

15 D. Th. Aquin. Doct. & Angel. Univers. D. D. Theolog.
 Phil. ac Med. Tutelari, Steffanus G. B. del. C. F. 1680

16 Imagines S. S. Trinit. atq; D. Cath. V. Steffanus Giahel-
 lis; Bidell. Gener. D. D. Jurist. fecit, Sacro Collegio do-
 navit Anno Domini M. DC. LXXVIII. Mens. Aug.

17 Cler. Reg. fundator inclytus S. Cajetanus Thien. Com.
 Patr. Vicent. in hoc Themidis Sacrario J. U. Magist. renũ-
 ciatur A. S. 1504. 16. K. Aug. Promot. Clariss. Viris Ant.
 Franc. Dottorio, Christoph. Alberico, Philippo Decio,
 Bertuccio Bagarotto, Car. Ruino, Jacobo de Leone, Uber-
 tinus Discalcius Tutelari suo p. an. Dñi 1683.

Estat & imago Eminentissimi GREGORII CARDINALIS
BARBADICI Episcopi Patavini, Viri omnium
virtutum genere venerabilis, cujus memoria
tandiu vivebit quandiu erunt,
qui virtutem amant.

Vuu

In Semi-

*Is ex Tragu-
riensi, max ex
Bergomensi
ad hanc Eccl.
translatum
est an. 1577.
Sub Pio IV.
ad Tridentinā
Synodum mis-
sus.*

In Seminarii Veteris Clericorum fores, apud vetus Episcopium.
14 **FEDERICUS** Cardinalis Cornelius Episcopus Eccl.
Patavinę non minori pietatis, quā munificentię studio
Christianę disciplinę, Seminarium pænē à fundamentis,
extruendum curavit, An. M. D. LXXIX.

*In Domo Archipresbyteri ponē Cathedralē. Eam nunc habet
Anton. Lauretanus Patr. Venet. Vir omni virtutum genere cla-
rus, & celeberrimi Scriptoris Jo: Francisci Lauretano Filius.*

In Aula superiori.

*Hac dignitas
pervetusta est
ab anno 964.
instituta per
Idelbertum
Episc. Deca-
natus eidem
additus est à
Luca Bonifilio
ex concessione
Sedis Apost.
qui & pri-
mus Decanus
fuit. Ob. anno
1540. die VII.
Julii. Sepul-
tus in Templo
S. Justine in
Sepulchro suo-
rum. Scard.
f. 146. Vide
supraf. 269.*

15 **ANGELUS** Lippomanus Venetus Archipresbyter
Patavinus, Leonis X. Pont. Max. à cubiculo intimus
has ædes suę, & successorum commoditati à fundamen-
tis erexit, majorum quoque memoriam temporis inju-
ria pænē extinctam haud minore studio, quā pietate,
ut cernitis excitavit à Christ. Nat. 1630

Superius in Aula supra portam sub insignibus.

16 **Paulus**, & **Josephus** Gualdi, nobiles, Comites, &
Equites Vicentini, Priores S. Danielis Montifilicis,
Archipresbyteri Patavini per annos XLII.

Infra in coronide Portarum.

17 **FRANCISCUS** Zabarella Archipresbyter, **Angelus**
Lippomanus Archipresbyter.

A D L Y C E U M .

*Ricobon. l. 1.
Tomas. de gy-
mnas. pag. 5.
ex antiquiss.
gymn. tabul.*

Lycæum antiquissimum, quod à Carolo Magno incrementum
sumpsit, à Federico II. in Civitates Ecclesię faviente, præci-
puèque in Bononiam, quam pænē evertit, Studium generale, il-
la pænitus eversa, Patavium transfudit An. M. CC. XXII.

*Supra portam Decumanam, ubi Leonis statua inaurata, &
insignia Rectorum Orbis.*

Gymnasium omnium disciplinarum. Principe Pascha-
li Ciconia, Præsibus Joanne Superantio Eq. & Fede-
rico

*Hic unde à
S. Blasii templo
translatum est
Gymnas. anno
crano gdes cũ*

rico Sanuto. Reformato-ribus Jo. Franc. Priolo Docto-
re, Zacharia Sagredo, Leonardo Donato Eq: instau-
ratum. Anno 1591.

celissima Tur-
ri Guercellii
Matraversii
(ita nuncupa-
ti quod, cum
Guelphorum,
ac Gibellino-
rum factiones
vigerenti inter
nobiles viros,
neutrins par-
tis fortunam
sequeretur ;
sed inter utro-
que medius,
nec Casareis,
nec Pontificiis
favorem im-
pendere) no-
bilis. ac potes-
tatis triam op-
pidorum, Lu-
cin, Baonis, &
Castri novi :
Scard. p. 305
Carrarienses e-
tiam hic per-
amplas ades
coluere cum
Turri, ubi ois
Acciolinus
tyrannus car-
ceres extru-
xerat. Tom-
tamen l. 1.
de gymnaf.
Pat. probat
tot hoc in loco
Carrariensis
solius fami-
lia fuisse
Palatia, Mal-
traversorum
autem pone
Pontem mo-
lestrinarum.

In *suprema* Edificii *consignatione* sub *in sign.* Ducis *Ciconea*.

2 Sic ingredi, ut te ipso quotidie doctior, sic egrede-
re, ut in dies Patrię, Christianęque Reipublicę, uti-
lior evadas. Ita demum Gymnasium a te feliciter orna-
tum existimabitur.

Joannes Cornelius Prætor, & Antonius Priolus Præfectus.
Anno Sal. M. DC.

In *aliori parte* in *amplo marmore aurato litteris Decumanis*.

3 JO. BAPTISTA Bernardus Prætor, & Leonardus Mo-
cenicus Præfectus. hanc Gymnasii partem vetustate de-
formatam in meliorem faciem a fundamentis restitutam.

Ibidem inferius.

4 Andreę Marcello Præfecto justitię, & Rect.
integerrimo Univerf. Philof. Medic. Patrono tanquam
. & Parenti benigniss. P. G. M. D. XXXII.

Ab hoc non longè.

5 ANDREÆ Bernardo Claris. rebus gestis Universitas
Studiorum. p. 1635.

Ex alio prospectus latere sub Stemmate.

6 MARCO ANTONIO Memmo Patavii Præto-
re merito Artist. universitas anno 1587. p. Eundem ad
Principatum electum, restaurandum curavit anno 1613.
Antonio Maria Rubeo Ravennate Syndico existente
cum Consiliariis.

Ab hoc non longè.

7 BENEDICTO Superantio Præto-
re an. 1498. Petrus
Superantius Propos. Questor anno 1575. restauravit.

Vuu &

Supra

Supra alteram Gymnasii januam ad Aquilonem, sub Leone marm.
 8 PETRO Lando Principe; JO. Andrea Baduario Præf. Philippo Throno Præf. Sebastiano Fuscarenò Doct. & Eq. Antonio Suriano Doct. & Eq. Reformat. Gymnasii Patavini restaurarunt. Anno M. D. XLIII.

Statim in ipso ingressus atrio, in facie super epistiliis duarum ex quatuor ingentium columnarum, quibus totum fere testudinarum fulcitur, sub icone B. Mariae Virginis, S. Catherine Juristarum prote Etricis, & S. Thome Aquinatis, Universitatis Arist. præf.

9 SIMULACHRA hæc sacra pridem fictilia, & injuria temporis labefactata, ac deturpata, FRANCISCUS de RUBEIS Rethymnensis Syndic. & Prorect. cunctis inclytarum nationum Consiliariis plaudentibus, marmoreas restituit. Anno Dñi M. DC. LX.

Reliquas omnes alias Inscriptiones, quæ tum in Atriis, tum in Auditoriis Aularum inspiciuntur ab Ann. M. DC. LIV. ubi Tomasini opus historicum de Gymnas. Patav. desit, quam diligentissimè collegi eo animo, ut, unà cum opere Tomasini ejusdem, eas continuarem eodem ordine, quo idem Author utitur, quemadmodum pollicitus sum in *Inscription. Agri Patav. veterum* cum nuper agnoverim ab Excellentissimis: Patavini Lycæi moderatoribus, eam operam fuisse demandatam Clarissimo, ac Sapientissimo Juris Consulto, Philosopho, ac Theologo, NICOLAÛ COMNENO PAPADOPOLI Abb. S. Zenobii; & Canonum in hac Accademia eruditissimo interpreti Conteraneo meo, cui sese hoc ipsum opus plurimum debet, libenter, id quod animo præstare decreveram, tanto Viro, cujus præstantissima virtus, atque doctrina, cum hoc Lycæum impleat, typis doctissimis, probataque omnibus sapientia, atque Religione Europæa, ac præsertim Græciam nostram pervagatur, perhiciendum relinquo, cui & ea, quæ ad ipsum paraveram, tradidit, usuro amici observationibus ad Publicam Utilitatem, atque hujus Accademiz celeberrimæ penitiorum notitiam.

HORTI MEDICI.

De hujus horti origine hæc ex Seard. fol. 12. & 13. accepimus.

Hortus sphericus, amplius, & irriguus omni genere herbarum medicinalium, undequaque perquisitarum seminis, pro instructionibus præ-

dis juvenum ingeniis, in re herbaria à Medicis præparatus. Opus sanè egregium, & singulare Francisci Bonafidei Patav. Viri Nobilitate generis, & omnium liberalium Artium cognitione præclari, inventum, & à Senatu Veneto comprobatum. Bonafidius herbariam disciplinam in Gymnasio primus docuit. Qui tandem senio confectus, & oculis captus, de morte assidue cogitans, hoc ipsemet sibi epitaphium præparavit.

Aris ad athereas somnus dum surget ad auras

Hac BONAFRANCISCUS dormit in aede FIDES:

Materiam medicam docuit, qui Antenoris urbem,

Quæ læta in tota non fuit Ausonia.

Cujus ob auspiciam Venetum Respublica jussit,

Ut fieret medicis hortus; ut Alcinoi,

Delicias nectens oculis, viridemque Minervam:

Quique foret Patavi, gloria, splendor, bonos.

Obiit Ann. Domini M. DC. LVIII. Die XV. Febr.
& sepultus est in Basilica Divi Francisci in Sepultura
laicorum fratrum tertii ordinis: vixit annos LXXXIV.

Supra horti ostium in amplo marmore.

TRIUM VIRI LITTERARII.

- I. Portam hanc Decumanam ne pulsato ante Diem Marci Evangelistæ ante horam vigesimam secundam.
- II. Per Decumanam ingressus, extra Decumanam ne declinato.
- III. In Viridario scapum ne confringito, neve florem decerpito, ne semen, fructumve sustollito, radicem ne effodito.
- IV. Stirpem pusillam, succreicentemque ne attricato, neve areolam consultato, transilitove.
- V. Viridarii injuria non afficiuntor.
- VI. Nihil invito Præfecto attentato.
- VII. Qui secus faxit, Ære, carcere, exilio multator.

Ante Viridarii limen in saxo in terra sito.

A. A. Q. M. D.

Ne has fores pulsato ante diem Marci Evangelistæ,
nec ante horam.

Extra

*Extra parietes horti versum rivus, qui interfluit
circa Caenobium Sancti Antonii.*

- 5 Heu viator bene precare præstantissimis Senatoribus
JACOBO FOSCARENO DOCTORI, Præ-
torique Patavino, & **FRANCISCO Duodo** Præfecto
Patavino, qui stirpes siti ardentes, adducta in virida-
rium aqua, largè refoverunt. Anno M. D. LXXV.

*Vir integerrimus, variisq;
genere litterarum excul-
tus, cujus
amicicia, &
benivolentia
felicitè utitur.*

- 6 Locus Consitus. Omnia veteri squallore deteriso ni-
tidiora. Curante **FELICE VIALI** Pub. Profes. loci-
que Præfide A' Christo nato Sæculi XVII. An. VI. C.
à condita Republica. Sæculi XIII. An. LXXII.

Ex adverso ipse Detumana in marmore specioso valde.

- 7 **SILVESTRO VALERIO PRINCIPE III. VIR.**
litter. S. C. Jubencib. **ALEXANDRO MOLINO**
Præfecto Appollinæ Insulæ decus. Aditum hortus
dupplo auctus, claustrisque ferreis munitus, plantæ
ex utraque India investæ, perennes excitati fontes.

In facie Ædium Præfdis aliis à terra in marmore.

- 8 **ANGELO MARCELLO** quòd musarum vireta syl-
vescentia interlucaverit, atque arefcentibus herbis
Castalios latices induxerit, nudisque stirpibus florum
coronamenta naturæ mundum adjecerit. Quo tempo-
re Urbis Præfectus, eradico omnis hostilitatis aconi-
to, pacificas oleas lauris triumphalibus inferebat
N. B. M. P. Anno M. DC. L.VIII

Super columnarum Horti coronide.

Hic oculi. I Hic vitæ.

Fulminis Spus.

M. D. CC.

INCA

INSCRIPTIONES COLLEGIORUM.

E' regione Templi Sancti Antonii.

- 1 Collegium Graecae juventuti instituendae pia munificentia JOANNIS COTTUNII Equitis Verriensis in Patavino Lycaeo Philosophi Primarii erectum.
Anno C1313 C LXIIX.

- 2 Ab hoc non multum distans Collegium Pratense.
*Atria quanta vides sinuosos stercora per arvens
Dedita divinis studiis, & canone sacro
Magna COMES PRATÆ PALEUS dedit inclitus heros
Cardine Pontificum, celsos operatus honores
Mille quadringentos bis denos aucebat annos.
Parvus Virgineus, cum membra struenda quierunt.*

Ad Pontem Curvum. Collegium Feltrense.

- 3 Collegium Feltrense à Familia ALTINA Anno
M. CCC. erectum.

1535 in fine nello
Carrato. e

In vico Vinealium Collegium Tornacense, seu Campionis, super ostio bina marmora.

- 4 Collegium Tornacense, à Laurentio PRIOLO Patr. Venet. instaur. Anno M. D. XCIV. S. R. E. Card. Creato à Clem. VIII. Ann. M. D. XCVII.
Collegium Tornacense JO. FRANC. MAUROCENO Patriarcha Venet. restaurat. M. DC. LIV.

Constructum est ab Albricio Brancharico Lucensi Tarvis. Abb. S. Cypriani de Muriano;

Intra in facie adium altius in tabulis lapideis.

- 5 ALOYSIUS SAGREDO Patriarcha Venet. Dalmatiae primas verustatem consumpticem, ab Tornacensi Collegio eliminandam, provida munificentia mandavit.

- 6 Qua loci decori, Alumnorum commodo Urbis nitenti, idem ex humili in venustam formam euectum, & instauratum daret. M. DC. LXXXV. Thoma Hercufano S. T. D. Canonico Aquilejens. Public. Patav. Biblioth. Præfecto Præsidente.

Supra Portam Collegii Angleschi in lapide.

- 7 Collegium Angleschi Sacri Collegii Patavini Philosophorum, ac medicorum Præsidi, Senioriq; Nob. familiæ de Doctoribus curæ commissum, ac institutum à famosissimo Artium, ac medicinæ Doctore D. Francisco de Angleschis de Anno M. D. XXXXVI. P. A. M. DC. LXVIII. XXII. mens. Dec. restauratum.

In eodem vico.

- 8 Collegium Spinellum à Belfortio Spinello Episcop. Catanensi Filio Nicolai Spinelli D. Juvenazzi in Regno Neapolitano Com. de Goja, & magni Cancellarii Regni Siciliæ Publ. Juris Profess. Anno M. CCCC. XXXIX. institutum.

In vico ad Vacca Putum.

- 9 Collegium Ridium à NICOLAO Ridio Artium, & Medicinæ Doctore celeberrimo Anno M. CCC. IIC. pro suis Patavinis erectum.

In vico S. Prosdocimi in arcu magna Porta.

Refert Scard. quod supra etate Colleg. erat apertendum solis Græcis, è Cypro venientibus, ex legato Livii Pudonatoris Archiepisc. Nicariensis.

- 10 Collegium à Rev. D. Hieronymo Superchio Proth. Apost. & Præposito Pisarenfi institutum, curante Joann. CRITI Commissario Testamentario erectum. Anno M. D. XCIII.

Ad Aedes Sanctæ Catharinae.

- 11 Collegium hoc à Jacobo Arquate medico Physico Juvenibus studiosis apertum, & à D. Petro Bragade-

no, &

no, & Francisco de Medio Civibus Venetis hæredibus suis Testamentariis erectum est. Anno 1394.

In vico Sanctæ Crucis in pariete Ædium Nob. de Priolis; Collegium pro Patritiis Venetis, sumptuosiss, ac regis fabricis constructum.

- 12 LUDOVICO Priolo Hieronymi Ducis F.
Anno M. D. Lxviii. Die xix. Mens. April.

Ad pratum Vallis altiùs in facie Collegii Amulii in amplo marmore literis aureis insignito.

- 13 Collegium Amuleum à M. ANTONIO Cardinali AMULEO propinquorum commodo, ac Reipublicæ ornamento institutum.

Has Edes incolusse Bartulomeu Ursinum Liminiam Comitem Venetorum copiis præfectum Anno 1515. qua postea in hoc splendidum Collegium concesserunt.

Subtus marmoreum podiolum, sub stemmate.

- 14 Joan. Baptista Bernardus, Marcus Antonius Gritius, Augustinus Amuleus erexerunt.

Scribit Cavatius libr. 6.

Collegium Græcorum olim ad Pontem Igneum, hodie intra portam S. Joannis.

- 15 Senatus Veneti Decreto extructum
Anno M. D. Lxxx.

Cum enim redditus Ecclesia Chisamensis in Regno Cræte ob interfectionem Episcoporum à Barbaris illis habitantibus in tres partes divisi fuissent, tertia pars, qua Roma Collegio Græcorum concessa fuerat, pro construendo hoc Collegio translata est.

Juxta Ædem S. Lucie. Collegium Brixianorum.

- 16 Colleg. Nob. Brixian. Philosophiæ, & medicinæ stud. à HIERONYMO LAMBERTO Patr. & Medic. Brix. olim constructo, vetustate deinde collapsum collegii præfides restaurare curarunt.

Anno Domini M. DC. XXII.

Ad Pontem Molendinum Ravenna Collegium.
In superliminare magnis literis.

16

PALAZZO DEL RAVENNA.

A lateribus in bino lapide.

17

THOMAS RAVENNA.
VIRTUTE VIRTUTI PARTA.

In vico S. Anna Collegium Civium Montiscilicis.

18 Hoc perpetuum studendi commodum, Civibus suis
MATTHEUS CARBONUS à Monte Scilice,
Medicis lucris instituit.

IN ÆDIBUS CIVIUM

In Vico, seu regione Basilicæ.

Ad aedes Sylvaticorum, in atrio in ornato lapide.

Vide *supra* f. 1
15.16.358. &c
384

BENED. Sylvaticus ordinarius Practicæ Med. Profess.
Primario equalis, annum agens 48. has gentilium suo-
rum ædes, vetustate labentes reparavit, auxit, menianis
hortis, amoenis fontibus, & aviariis ornavit, Jo. Bapt.
fratre primario Juris Pontificii interprete horis matutinis,
Equitè D. Marci Cons. ære proprio adjuvante, ad Pa-
triæ decus, successorum commoditatem An. S. 1623.

Extra sub insignibus.

2

Anno ab Urbe condita MM. D. CC. XXX.
A Christo nato M. DC. XX.

Ab his non procul altius in lapide.

Vide *supra* f. 3
374. n. 91.

3 Ædes antiquæ ANTONII Turchetti Jurisconsulti restau-
ratæ, decreto Collegii Juristarum gubernatoris Hospitalis
D. Francisci hæredis, Priore D. Bernardino Sperono 1541.

In splendida æde Comitibus Antonii Leonii.

4 ANTONIUM LEONIUM è Sanguineti Comitibus ære
Suo

suo hâcce coemptas auxisse, & illustrasse Aedes, scitote posteri, progenitorem, auctoremque vestrum, affiduis grati animi votis colere; estote memores 1648.

E regione, In aula inferiori adrum Papafavarum, in marmoreo lapide longobard. charact.

- 5 M. CCC. XLV. penultimo Marcii. Dñs **UBERTINUS** de Carraria. Quondam Domini Jacobini Dominus Generalis Civitatis Paduz. Et totius districtus obiit, & sepultus fuit. Cum maximo honore. Et Dominus Marxilius Papafava. Quondam Domini Albertini elevatus fuit in dominum prædictæ Civitatis Paduz, ante mortem dicti Domini Ubertini. Millesimo prædicto in Pascale die dominico. V. exeunte Marcio. Et Domus incepta fuit prædicto die Mercurii. Quam domum fieri fecit. Dominus Nicolaus de Capazolis †. Q. Domini Petri Boni. Et fo-

†Vide inscrip. nostras Agri Patav. fol. 330. n. 5.

Propè Monasterium S. Anna, sub porticu in superliminare domus.

- 6 **SOLI DEO, & VIRTUTI MAXIME' DEBEO.**

In Vico Concariola dicto, in speciosa aede Gabrielis Georgii D. M. Proc. in inferiori cubiculo super ostio.

- 7 Non domus dominum, sed domum dominus ornat.

E regione bujus in aede nobil. de Mussatis in atrio inferiori, in lap.

- 8 In esecuzione del testamento del Nob. Sig. Giulio Mussato di nobile memoria, à notitia de suoi successori s'è scolpito in questa pietra, che sotto pena di decader dalla sua heredità, prohibisce di giocare, far ogni sorte di sicurtà, ingerirsi in datii, e vuole, che le gravezze imposte da Sua Serenità, dalla Magnifica Città, dal Clero, Territorio, e Consorti, si paghino sempre con il don, e fino tenute in acconcio le Case, come nel suo testamento di 28. Febbraro 1686. Et codicillo 29. Dicembre 1693. esistenti in mano del Sig. Giacomo Bonhomo, Cancelliero della Magnifica Città.

In vico S. Anna in domo propè Collegium Montisilicis.

- 9 **Portam hanc adaperuit FLORIUS** Floridus Pat. Tem-

pli custos, Canonicusque Arhestinus, has aedes jam vetustate consumptas, habitantium commode aere proprio instauravit An. 1568. Mense Febr.

Intra Ponssem Tadorum; supra ostium Domus Tomafinae.

10 Domino cohonestanda domus. Paulus Tomafinus advocatus. 1639.

In atrio inferiori ejusdem aedis.

11 Deo vivite, Serenifs. Reipub. Venetæ obsequium præstate, omnes honorate, nullum cujuscumque sortis spernite, pro nemine fidei jussione Vos obstringite, sic vivite, ut Posterì vos rexisse intelligant. Paulus Tomafinus J. C. Filiis suis testamento reliquit.

Edes olim Genariorum, quorum gens Pat. antiquitus claruis, qua deinde ad banc Frigimelicorum familiam trãsierunt, cum Sophia Thome Genuarii J. C. celeberrimi filia. Urf. Mon. Pat. fol. 131.

In Domo Com. Hieronymi Frigimelica in lateribus Magna Porta in lapideis tabulis litteris auratis.

13 Hac, quam spectas viator, in eade majorum æmulator, & hæres Co. Hieronymus Frigimelica Robertus mente æquavit, an ampliavit avorum. Quodcumque senseris, intelliges, illum uno, eodemque conatu se, Nepotes, & Avos magnificè commendasse. an. 1670.

La Sig. March. Anna Alyaroti Contessa Frigimelica, decoro del fesso, e gloria dell' una, e l'altra famiglia col suo Testamento de 26. Genaro M. DC. LXV. intitolò prima genitura il tuo palazzo, e poderi in Villa di Brugine, obligò con pena di scadimento, i beneficiati non impegnarsi in scurtà, ò d'aggravarsi di cariche, nelle quali s'havesse à dar conto di denaro publico, e volle se ne incidesse in questo fasso il divieto, per eternarlo nel cuore de' primigeniti.

La Sig. March. Anna Alyaroti Contessa Frigimelica, decoro del fesso, e gloria dell' una, e l'altra famiglia col suo Testamento de 26. Genaro M. DC. LXV. intitolò prima genitura il tuo palazzo, e poderi in Villa di Brugine, obligò con pena di scadimento, i beneficiati non impegnarsi in scurtà, ò d'aggravarsi di cariche, nelle quali s'havesse à dar conto di denaro publico, e volle se ne incidesse in questo fasso il divieto, per eternarlo nel cuore de' primigeniti.

†Fausil per amica Carr. a quib; nob. ades ad S. Nicol. dono accepit.

In eodem vico in superliminare janua sub stemmate insculpta turris.

14 Hęc colit hic Phæbum, sacram celebratq; Minervam.

Vicus Patriarcatu di-ctus, quod Bertoldus Pa-

Ad D. Petrum in Fico valgò del Patriarcà, in facie Edium Damelis Bergamo.

15 M. D. LXVIII. Ere extrà patriam justis laboribus par-

to AD

to Antonius Carrarius honesta parsimonia vivens acquisivit, & à fundamentis erexit 1558.

Juxta D. Benedicti Novelli Monasterium in domo Nob. Venet. de Pisani in supliminare janua ad Occidentem.

16 Plurimum facere, & parum de se loqui.

Ad Ecclesiam S. Nicolai in adibus Nob. de Rido prope forum olim Carbonarium.

17 Magnifici, & potentis D. Francisci de Carraria Patruæ Dñi, Heroum Carrigerum Montursus de Montursio familiaris, in ipsius aula tener nutritus, de bonis sibi ab eodem collatis, hanc mansionem fieri fecit 1383.

In Vico S. Lucia super ostium Edis Apponensis.

18 Has Petri Apponædes Polux Codacia prole Med. Patriæ, Laudis, Paduæque nobilis ortus, in hanc meliorem formam redegit. Anno Domini M. DC. XXXI.

Ante portam domus existit puteus in via, de quo ex populi levitate fama volat, eum puteum ab Apionense hæc arte dæmoniaca delatum, ne suam baurientium strepitus quietem turbaret, atque pauperum commodo præsto esset. Petri autem cineres jacent in ingressu Templi S. Augustini P. P. Ord. Præd.

Non procul ab Episcopio Orientem versus.

12 Luogo della pia congregazione de poveri infermi, e vergognosi di Padova. Piorum pietate erecta an. 1556.

Camera Pauperum. Est pium Erarium pro egenis subveniendis, cui Episcopus, & duo ex Civibus præsumt pietate piorum institutum, Alexio Pisano Episcopo, Juadente anno 1533.

Apud S. Agatham.

In Adibus Marcelli Marchionis Barisonis super ostium Cubiculi inferioris in ornato Marmore.

19 Edes gentilitias temporis injuria, & vicissitudine traductas reparavit Vir Nob. Antonius Barisonus. 1642.

In Vico

triaera Aquilejensis petierat Civitate Patavina donari a. 1213 amplum palatium, & sex ades pro sex familiis Aquilejensibus, qua Patavium incolere uti Cives Patavini tenebantur. Preter Aquilejæ Sacilum, Conecta, Conelium, Balsanum, Belunū quoque, Feltræ, Tervisium, Vincetiā, & Tridentum sponte facte sunt Patav. juris. V. Inscript. Agri Patav. pag. 393.

In Vico Pontis Moletrinarum.

Ad oram Puti in Area Palatii Acciolini.

20 Firmus Bardolinus Comes sibi, & amicorum commodum.

Pulso Acciolino à federatis anno 1256. in libertatem asserta sunt plurimę nob. femina, ac puellę, quę ibidem velut in carcere detinebantur.

In hujus Pontis capite Acciolinus Palatium valdè magnificum Fortalitii ad instar cum Turribus, & Pinnis de Saxis mirabilibus (*Scribit Rolandus*) fol. 59. & effossis fundamentis aliarum domorum, & Turrium de Padua directarum Anno 1249. edificavit, ibique postea Beatricem filiam Bonitraversi de Maltraversis de Castro novo, Nobilis, ac potentis Viri filiam in uxorem duxit. Dirutum deinde est in odium tyranni à populo Pat. An. 1256.

*Visitur hodiè in Turri, quę adhuc extat ad Boream è regione
Ædis S. Jacobi hac inscriptio.*

Rol. lib. 9.

21 Petrus Comes Patritius Patav. & municeps Vicentinus domum hanc, & Turrim conjunctam sibi, Posteriorisque construxit, à Christi Nat. 1023. 17. K. maii.

Vide supra f. 230. n. 92. 95.

*Ultra pontem S. Leonardi, in adibus nobilium de Discaltiis
in porticu sub stemmate.*

22 Dñi OCTONELLI Judic. de Discaltiis.

Non longè à S. Joannis in Viriderio, in via duceus ad Bombardiorum locum progymnasii, quo scilicet Bombardis exercitantur in pariete Occidentali cujusdam antiquę domus, in sublimi.

Is Imperator totius exercitus Francisci Carrariensis Generi sui, contra Venet. Tarvisinũ durissima obfidione valęvis. Asulum Anovale, Savale, Cavale, Comeliana, & alia oppida Tarvisina in deditionem accepit Rg.

23 Hi lapides septem Novalię à Ponte egregii, sub militis Domini Arichoani de Buzacharenis Armigeror. inibi in obsessu, magnifici erois Patavi Carrariensis Francisci Capitanei auspiciis vi educti, huicque muro esse legati testantur ad posteros. 1377. Ind. x. die 17. Aug.

24 Perlego & aliam Inscriptionem conspicui hujus viri, at nondum reperi locum ubi ea sita erat, estque ista, quę sequitur.

M. CCC. LXXVII. Ind. iy. Ultima Dominica Maii.

*Hic Arquamus erat numeratus in ordine miles
Septimus à Proavis descendens Buzacharinis*

Hic

*His Campagnolam microrum manibus ornat
Obertate sito pulchro placido aere gratam.
Est Patavus genitor, superisque faventibus ambo.
Carrigerum affines plastrum coluere beati.*

*manum etiã
quodam Ac-
ciolini oppidũ
tunc Venetorũ
penẽ inexpu-
gnabile armo-
rum virtute,
& ingenio
an. 1281. san-
dem cepit.*

Prope portam vulgo Caudelonga.

- 25 *Has ædes, Deo auctore, virtute duce, suo, po-
sterorumque usui Hieronymus Gygas Jurisconsultus Fo-
ro Sempronius, quas elapsas coemit, reedificando re-
fecit. M. D. LIII.*

In Vico Pontis Altinati, ad Edes S. Bernardini.

*In Domo olim Nobilium de Vigontia hodie Nobilium de Bradiolis
in eleganti lapide affixo parieti.*

- 26 *D. O. M. Insignis Divi Antonii Reliquia Serenissimi Princi-
pis supplicibus jussis dono concessa sacro exerta sarcophago, exi-
mia omnis Ordinis Religiosorum Pompam ad meum hic lara-
rium delata est; ubi morata tantisper, tanquam à portu solvit sa-
lutaturã Venetias, Comitibus Illustris, ac Reverendis. Antisti-
te Georgio Cornelio. Illustris. & Excellentis. Andrea Pisani
Prætoris. Sebastiano Justiniano Præfecto. Illustris. Pattaro Buz-
zaccareno Eq. S. Steph. Octavio Frigimelica D. Leone de La-
zara. Zacco de Zachis. D. J. U. Viris. Hoc volebam nesciens,
ne esses tanto hospite meis Pænatibus gloriæ. Anno M. DC. L. . .
Nicolaus Vigontia.*

*Apud S. Andream in vico vulgè in Turcchia in domo olim Julii
Fidelis, nunc Antonii Barbadici S. M. Procurat. super ostium
in albo marmore.*

- 27 *Julius Fidelis has ædes ad suum, amicorumque com-
modum, & Urbis ornamentum, in hanc formam à
fundamentis restituit. M. DC. LVI.*

*Prope forum olim Carbonarium super Offio splendida Domus Mar-
cb. Brunori Buzzaccareni, sub insig. Gentil. marmore insculptis.*

- 28 *Ludovici Ungariæ, Poloniæ Regis munificentia.
M. CCC. LXXVIII.*

Ad

Ad Eremitanos supra ostium Palatii Fuscarenorum Nob. Venet.
 29 Jo. Baptista Foscareno D. Marci Proc. Jacobi Equitis,
 ac Procurat. Filius, secessu Patavino plurimum delecta-
 tus, has instruxit ædes, solo coempto erexit. 1652.

In domo speciosa Marci Mantuæ J. C. in arcu.
 30 Id facere laus est, quod decet, non quod licet.

In basi magna Statua Herculis.
 31 Herculis Buphiloponus bestiarius, qui tristitiam depu-
 lit omnem, peramplo hoc signo Mantuæ cura reflorescit.

Corona portarum omnes præferunt illa Virgilii ex prima Ecloga.
 32 DEUS NOBIS HÆC OTIA FECIT.

In Æde Bottoni.
 33 Albertinus Bottonus Pat. in patrio Gymnasio Theor.
 Medic. interpret ordinarius suorum majorum ædes vetu-
 state consumptas à fundamentis restituit An. Dñi 1591.

Ad D. Blasium in pariete exteriori domus Nob. de Lazara.
 34 Angelus de Lazara . M. DC. XXXII.

Supra Ostium domus illorum de Janua.
 35 BONIS OMNIBUS PANDANA.

*Ad Pontem Pediculosum in aede, quam Joseph Perseus Patrius
 Bellunensis Canon. Patav. Vir omni virtutum genere ornatus,
 inhabitabat.*

35 In fine horti altiùs in muro in speciosa tabella.

*Questa casa è Cultura à me gradita
 Hà dopo me già certo il suo Signore,
 Mà io non lo vedrò mio Successore
 Come egli Possessor mi vede in vita.*

Ut spem habemus Rom. XV.

Ut

In eodem Vico S. Maximi.

- 36 In Edibus olim Comitum de Martinengis hodie Nob. Venetorum de Maurocenis, extra in Edium facie
CONSURGET.

Vridari b-
jus Jo. Fran-
cisci Mauro-
ceni Oratoris
ad Romanis
Pontificem
designati de-
scriptionem
erudite dedit
anno 1700.
Anton. Ma-
thiasseus
Caramanus
Dalmata.

Intus verò in lapidea tabella.

- 37 D. O. M. Hanc domum penè dirutam (inspecta tan-
tum aeris salubritate) empram Anno Dñi M. DC. xxiv.
Vir Nob. Comes Marcus Antonius Martinengus Eccl.
Cathedralis Canonicus postmodum Episc. Turcellanus
reparavit, ampliavit.

- 38 In Columna ad hortum;

*Da uario, e strano lido unte insieme
Mille herbe, e mille fior mira à tua moglie;
Mà non bauer desio di torne foglia,
Che non u'hai posto ne sudor, ne seme.*

In Vico Omnium Sanctorum,

In domo illorum de Tetiis

- 39 D. O. M. Locum hunc antiquè Patavinae Urbis Mortuorum
Cemeterium in vivorum habitaculum conversum à Melchiore de
Marchionibus Tetiis J. U. D. & Equite M. C. Georgiano, olim
Archigymnasii Prorectore sub Divina clementia repositum, plu-
ries benignè invisere Serenissimi Principes Venetiarum, Sylve-
ster Dux, & Elisabetha Uxor Valerio, summa bonitate, & decore.

Vide supra
f. 402. n.
513.

In Vico, seu regione Pontis Turricellarum, ad domum Fulonica
artis, propè S. Martinum, in virgo Lapide.

- 40 ALOYSIUS Corradinus, Herculis Filius Collegio
nostro Praefectus, iterum ejusdem Patronus perpetuò
jurisdictionem protexit, jura propagavit, Fulonicae
antea voga domum stratum, officinas instructas, a-
quam perennem attribuit.

Erant hic an.
1289 ampla
Domicilia Pe-
tri Carranes.
qui Com. di-
cebatur, quae
postea Carrane-
nsis Prin-
cipum muni-
fcentia arti

Yyy

Ibidem

Lanaria con-
cessa sunt.
Tomaf. de
Gymn.

Ibidem in alio lapide.

- 41 Has ædes ob pestem ignis consumptas, Herculis Corradeni rectio post lustrum Urbi, Lanæque Collegio restituit. Anno Domini M. D. LXXXI.

Ab hoc non praeul altius in candido mermore.

Flujus praestantiss. Piri industria pax cum Turcarum Rege, apud quem extram ordinaria Legatione fungitur, firmata est.

- 42 LAURENTIO SUPERANTIO Equiti amplissimo; pacifero Numini ob discussam dissidiorum procellam, redditam Collegio Tranquillitatem, merita meritis, munera muneribus cumulanti, Lanificii universitas Patrono suo clementis. & obsequentis. viventibus, futurisque monumentum pos. Anno Christi 1698.

Ibi propè in veteri foro Piscaria.

- 43 Minacciando rovina la pescaria vecchia, fu fatta in miglior forma dalli infra scritti fratelli, Alessandro Beluco primo Gastaldo, Nicoletto Guerra Massaro, Antonio Mercante Sindico, Hippolito Cabra Sindico della fraglia de pescatori. Anno Domini M. DC. XLIV.

Supra portam transitus Molendinorum, Nobilium de Campolongis in parvo lapide.

Ex Chronic. Rol. D Jacobus de Arditio de Placentia fecit fieri hac molendina Turricellarum an. 1227.

- 44 M. CC. XXVII. Fù fatto sti Mulini.

In eodem Vico Turricellarum in domo Antonij Corradeni in lapide parieti affixo.

- 45 BARTHOLOMEUS CORADENUS Patavinus an. 1256 Ord. Min. S. Francisci pressæ Patriæ libertatem ab Acciolini jugo ante Cineres S. Antonii pervolutus ex postulans, voce è tumulo erumpentes intra octavum à S. Celebritate diem imminere tyranni excidium, & prisca libertate cives recreandos esse hilari præfagio accepit.

Servatur apud Antonium Corradenum talus æneus antiquus, quem Pignor. scribit se vidisse apud Nob. Virum Aloysium Corradenum ab eodem in ventum ad fontem

fontem Aponi, censuque unum ex illis fuisse, quos Tiberius jussu oraculi
 Cereris proficiscens in Illyricum in eum fontem projecit, ut narrat Svet. in
 Tiber. & nos diximus in Inscript. Agri f. 159.

In Vico Vinealium super ostio domus illorum de Nigris Civium Ve-
 netorum, atq; Secretis Excellentiss. Senatus, formosis litteris.

46 SUMPTUS CENSUM NE SUPERET.

In Vico S. Laurentii in Aede Co. Jo. Baptista Zabbarella (cum Turris † ex-
 Turri † olim excelsa valde) quam magnam domum vocat Ja- tollitur inter
 cobus Zabbarella in sua Aula fol. x. fuitq; aliquando Carrarien- innumeras,
 sum; in superioribus liminaribus fenestrarum. cum infesta
 Guelphorum,
 ac Gibellino-
 rum factiones
 vigerent, vi
 primorum u-
 dequa; per
 Urbem extra.
 Etas, & ab
 Acciolino
 partim labe-
 factas, par-
 tim funditus
 eversas; sicut
 etiam illa
 Nob. de Dor-
 tis in vico
 strata; olim
 de Sancta so-
 phia, nunc
 Comitum de
 Trento in vi-
 co Spiritus
 Sancti; de
 Capilistis ap.
 S. Danielem,
 & qua intra
 mania porta
 Tarricellaris
 spectatur.

47 SIC LUCEAT LUX VESTRA.

Ibidem in fenestris inferioris consignationis.

48 Non nobis Domine, non nobis, sed Nomini Tuo
 da Gloriam.

Ad Divum Franciscum in Aedibus Equitis Ursati Ursati ad inst-
 gnia familiae Ursata Spilibergh, & Buzzaccharina.

49 DECORA ALTA PARENTUM.

In domicilio inferiori.

50 Anno Christi M. CCC. Lxxv. Joannes Ursatus
 Comes, & Eques, Mariae Filiae lectissime, Francisci de
 Lazara Conjugi, domum hanc in dotem dedit; Ursatus
 Ursatus ejusdem stirpis Eques recuperavit, ac postero-
 rum commodis refecit. Anno Dni M. DC. xxxviii.

Seniorius Eques ex hac familia a majoribus acceptam gloriam multis auxit vir-
 tutibus: hic non modo virum eruditum, antiqua marmora illustrando, verum
 etiam optimum Civem, legationes ad Venetorum Duces subeundo se gessit. Va-
 ria opera literaria edidit, multa edenda reliquit, quorum nullum ab omnibus
 non laudatur. Primus historiam Patavinam Italico sermone conscripsit,
 cui multum in hoc opere debemus. Vir hic integerrimus, mihi que sum-
 ma benevolentia conjunctus; quoad vixit, Virtutum laude crevit, mori-
 ensque magnum sui desiderium reliquit.

*In eodem loco in Aedibus Jo. Dominici Sala Medici Clariss.
in superioribus liminaribus sex fenestrarum, qua faci-
ent Aedis mirifice exornant.*

- 51 Nil hilaritate commodius .
52 Domuum splendor sola virtus .
53 Genio, Splendori, Decori .
54 Claritati, & prospectui .
55 Nulla præter virtutem felicitas .
56 Conspicuus habitus intimę hilaritatis dator .

ibidem, sub insignibus.

- 57 Fra. Sa. Ju. Co. Lu. Fi. An. Do. M. V. VII.

*Erella fuit
hæc statua
glorioso nomi-
ni hujus Ele-
vris, quod in-
ter Pat. exu-
les præcipuâ
cõtulit operâ
in liberanda
Patria à ty-
rannide Acc.

*In arca, sub marmorea statua * armata.*

PAGANUS SALA
Patriæ vindex contra Acciolinum . M. CC. L.

*Intra Pontem ad insignia Cardini Capivaca in ve-
stusâ hujus Familie domo.*

59 CARDINUM hoc insigni ob rem militarem Flo-
rentini donarunt . M. C. XI.

60 CARDINUS Capovacensis Frugerini F. hæc æ-
des vetustate, ac bello dirutas, ampliando restaura-
vit . Anno Domini M. D. XXX.

61 Apud S. Julianam in ædibus Capivaccis.
*Annis tercentum millenis octagenis
Atque uno partus divini astruit Aedem
Hanc ALOYSIUS egregium, cui dat Paradisus
Cognomen, Patriam, Patav.*

62 *Transulit hæc ex antiqua monumenta Cylindro
Sculpta Adrianus avisa suorum marmora servans.*

Anno

Anno Domini M. DC. XXII.

- 63 *Non idem pulchrum semper, sed pulchrius exit
Tempore collapsum, quod reparatur opus.
Hanc Paradisum Adrianus Avorum perficit aedes
Quas regnare fecit posteritatis amor.
Anno Domini M. DC. XXII.*

In Vico Sanctae Crucis in vestibulo Aedium de Amatis.
D. O. M.

- 64 Quod invictiss. Romanor. Imperator CAROLUS IV.
Anno M. CCC. LXIII. Virum perillustrem, eundemque
Consiliarium ejus secretum; ac de Sacro Romano Imperio
optimè meritum JOANNEM de AMATIS, universosque
descendentes perpetuis, & quamplurimis dignitatibus, ac privi-
legiis decoraverit; Ferrandus Comes, & Eques cum ea magnifi-
cè exequi, tum hoc monumentum memoriae, gratitudinis er-
go extrui curavit. Anno M. D. XCII.
CAROLUS IV. Imperator.

*Ad Divum Antonium, in Aede Universitatis Juristarum,
quam Anno M. CCC. XCIX. Franciscus Carrariensis
tunc Paduae Dominus Universitati dono dedit, ejusdem
Universitatis Rectore JOANNE FEFUDA, ex
Regno Calabria. Tomaf. de Gym. fol. 18.*

- 65 Ad G. Bernardus Juristarum Rector restaurandis i-
nitium dedit. anno M. CCCC. VII.
Per. Joannes Paulus de Bernabucii Juristarum Re-
ctor Aedes vetustate collapsas restauravit.
Anno M. CCCC. XLVIII.

In Vico Rogatorum † in domibus de Candis.

- 66 A' perpetua memoria, in vigor del Testamento del Quond. nomen dedat
Illustre Signor FRANCESCO CANDI* Quond. Anto. Obicinus de,
nio fatto sotto li VIII. Settembre M. DC. XLV. nel quale Rogatis, Vir
vien espressamente prohibito alli Heredi, e successori suoi sotto clarus; qui
pena di privatione delli suoi beni, che non debbino spolar, ne Desiderii Lō-
maritari in donna, che non sū di sangue nobile, & che non gobardorum
debbino far segurtà ad alcuno in alcun tempo, ne in minima Regis militiā
quantà. secutus, ex e-
jus filio Ni-
gro, qui Ni-

Intra gro, qui Ni-

ger appella-
tus est, nobil.
fluxu migrati
fam. Scribit
Scard. l. 260
* Vide supra
l. 379. n. 11.
fol. 269. n. 2.

*Intra Portam Sancti Joannis, propè Pontem,
in Ædium fronte.*

67 **ANGELUS** de **LAZARA** Francisci Juris Con-
sulti filius, Ædibus, comparavit, instauravit, or-
navit. Anno Domini M. DC. XLVI.

*Hic hospitio
excepta est
Anno 1699.
Mense Jan.
ab Annibala
Bassani Regi-
na Vidua
q. Joannis III.
Polonia Regis
Uxor.*

Circa pontem eundem.

Extat domus speculorum, vulgò delli specchi, quòd
marmoreis variis, & multis antiquorum monumentis
ornata est, studio, ac diligentia Alexandri Junioris
Bassani antiquitatum studiosissimi. Fama est hanc fuis-
se domum T. Livii Historici. Servatur in ea, inter
alia monumenta rudis lapis, cum figura, & hac in-
scriptione alterius. Titi Livii.

*Forassis
Titi Livii Li-
berti, vel Fi-
liorum ejus.*

68

T. LIVIUS.

T L.

Optatus Anno X V.

Supra Ostium Septentrionale Vici Hebreorum.

69

F. D.

Judzi, in quem immigrarent, secretus à grege Christi attri-
butus locus MARCI CORNELII Prestantissimi Pastoris; hor-
tatu, ac monitu, Civitatis totius consensu, cui Sereniss. Sena-
tus Veneti auctoritas summa fuit firmamento, Viris amplissi-
mis Francisco Bernardo Prætorè, Marco Quirino Præfecto, be-
nigne aspirantibus; curatoribus Daniele Campefio, Sertorio Ur-
fato Eq. Nicolao Campo Sancto Petro Jur. Consult. Maturan-
tibus Anno Christi M. DC. III.

I. F. M.

Ad Occidentem.

70 Quod MARCI CORNELII vigilantissimi Pastoris admonitu
unanimitis Civitas publico decreto constituit, & Sereniss. Senatus
Veneti auctoritas comprobavit, omnes Hebreos. familia in unū
locum conclutz, Francisco Bernardo Prætorè, Marco Quirino
Præfecto. Anno M DC. III. Daniel Campefius, Sertorius Ur-
fatus Eq. Nicolaus Campo Sancto Petro Jur. Consult. operi ab-
solvendo Trium viri præfuere.

Ad Mts.

Ad Meridiem.

F. D.

71 Ne populo Cœlestis Regni hęredi usus cum ex hęrede esset fraudi, Judęi unum in locum hęc redacti assiduo Mārci Corne- lii lectissimi Viri Episcopi Domus Dei Zelo, atque Studio penę univerforum Sanctissimo Dominę Urbis Senatu auctore, facto decreto civium, virorum amplissimorum Francisci Bernardi Prętoris, Mārci Quirini Pręfecti benigno auspicio, eximia Danielis Campesii, Sertorii Ursati Eq. Nicolai Campo San. Petri J. C. curatorum opera, Anno Christi M. DC. III. I. F. M.

F. D.

*Nocte procul septi foribus gens utraque abesto,
Ni fas vetabunt claustra: si nec hac malum.*

Ex regione hujus in alia tabella albi marmor. litt. hebraicis.

בלילה מן חשך שניהם טרוק

IN ARCE, SEU CASTELLO.

EXtractum est ab Acciolino eo in loco, ubi erant ædes Nobiliss. Familię à Vado: Ceptum adificium Anno 1237. Anno 1242. perfectum est, munitumque geminis Turribus; in primo Tabulato alterius ex his, quę ad Occidentem spectat, adhuc hiatus in morem sepulchri aspicitur, unde sevissimus Tyrannus infelices Patavinos per funem demittebat in terribimos Carceres, ut ibi fame, & foetore necarentur, ut indicat sequens inscriptio.

Piis Carcerem aspergite laerymis, quem majores vestri Reddita arce à Vendramo Pedemontano Acciolino cruore, hic ætatis, sexus, conditionis, mortum nullo Preside sede. Zilius hęc carceribus servissimis, educti sunt 464. ibi detenti, omnis sexus; adeo macie confecti, ut vix cognoscerentur. discrimine habito, quos ACCIOLINUS Tertius de Romano inhumaniter vivos detrusit, inedia, dolore, desperatione non nisi mortuos, atque consumptos extraxit, inter tot innocentes Zilius, quod incredibili feritate hoc viventibus condidit sepulchrum, nocens mortuus est. Vestram hinc agnoscite felicitatem, qui optimum Principem naçti invidię, non pietati locum reliquistis. SEBASTIANUS Galvanus Patavinus, annona & toto bellico apparatu à Sereniss. Venetę Rep. in hac arce suę fidei commissis, terribimo carceri hęc ex historicis inscribenda curavit. An. Dñi Cl. M. C. XIX. scrib. extra-

Ex

Et sunt de
carceribus bo-
mines, mulie-
res, & pueri,
quibus sex
magnedumus
intus a muris
Padua, erant
plene, quod
vix vivere,
vel respirare
poterant, pra-
ter carcerem
S. Sophia, ex
qua captivi,
& carcerati
circa CCC. &
ultra liberati
sunt.

Ex hac arce per Pontem, cujus vestigia videntur adhuc, erat aditus ad munimentum + vulgo *Cittadella*, ubi nunc est *Accademia*, in cuius postrema Turri, in ea parte Civitatis, quae subsidiana dicitur, quoddam belli tempore inde subsidia recipi poterant, ad portam veterem Saracineschæ in libro aperto, quem leo marmoreus, exitus magnitudinis, unguibus detinet, legitur.

M. D. XXXVI.

Ad dextram sub stemmate. | *Ad levam item sub stemmate.*
Nicolao Mocenico Praetore. | Joanne Delphino Praefecto.
+ Munimentum hoc Franciscus Carrariensis Senior cum ingenti incolarum dispendio, & cum maximo murmure Civitatis, (*Verba sunt Scardeonii*) cujus impensis aedificia struebantur, aedificavit. Anno 1356.

In urnis lapideis, quae adhuc intra Castrum extant.

2 Anno Domini jussum fuit per Officiales Magnifici, & potentis D. Francisci de Carraria Carrigerum VII. Ducis Paduae hanc urnam fieri.

Super ostio domus Custodis Armamentarii, sub stemmate Ducis Memmi.

3 Quisquis dehinc eris, annonae, tormentorum, apparatus bellici Custos, hac domo juncta ex duabus, Sebastiani Galvani industria, fumorum Patronorum auxilio, Senatus, Principisque decreto, diu feliciter utere, & fruiere.

In superliminare januae Cubiculi adium Provisoris.

4 Christus Rex venit in pace, Deus homo factus est.
I B. M A.

Inferius, ubi olim Carrariensium insignia nunc Equile, in parvo lapide, cum stemmate.

5 Hippolitus Theupolus Praefectus Praesidii. M. D. VII. & M. D. XIX. iterum.

6 Spectantur adhuc Tyranni insignia gentilitia marmori, in fronte magne alterius Turris ad orientem, insculpta; quae infandam crudeliff-

crudelissimi hominis adhuc memoriam referunt, qui anno 1194. Patavii natus, cum immanissimè matris viscera delacerasset per annos 23. tandem ad iudicium divinum vocatus est, aut tractus, anno 1259. 29. Septembris ætatis suæ... ut impiissimæ vitæ penas ineret; sepultusque est Soncini, in æde S. Francisci, cuius sepulchro hæc legitur insculpta epigraphæ,

*Terra sum Zini, tumulus canis est Eccelini
Quem lacerant manes, Tartareiq; canes.*

†Vide inscrip-
 nostras Agri
 Patav. fol.
 363.

IN ACCADEMIA DELIA.

HÆc insignis Accademia equestris initium habuit anno 1609. Opera Petri Duodo Præf. Patavini. Erigitur pulchrum ædificium, in cuius prospectu aspiciuntur stemmata Duodi, & Civrari Urbis Rectorum. Est in ea nobilis aula, in qua hastiludiorum artes exercentur. Habet & prægrandia duo conclavia, in quorum altero disciplinæ Mathematicæ edocentur, in altero Ars lanistica; subtus habet locum contactum, in quo equi exercentur, & in platea Arcis, ubi situm est hoc ædificium Accademiz, ad hastiludiorum/edenda spectacula, curriculique equestris pompam, constitutus est Catadronus.

In magna aula altius formosis litteris.

1 DELIORUM PRINCIPUM INSIGNIA.

E regione hujus sub simulacbro leonis.

2 M. DC. VII. Civium voluntati magnanimi PETRI DUODI Urbis præfecti Equitis diligentia, Accademia restituta Sereniss. Veneti Senatus Consulto firmavit æde, proventuque. Delii tantæ munificentiz ergo.

In eadem Accademia, sub picturis Cl. V.

3 LUDOVICUS ab ARENAMEDIAROTA pietate, an armis insignior nesciens, etenim sub Eugenio IV. Pont. Max. copiis summa cum auctoritate præpositus Florentinis suppetias ferens Picinum magni nominis ducem, Hetruriam devastantem post pugnam ancipiti Marte quinque horas acriter utrinque committam tandem victoria potitus ad ducem Mediolani, cuius partes tutabatur debellatum, ac fractum remisit, ob id inter Cardinales cooptatus Ecclesiz Cancell. efficitur pluribus viis Romæ stratis, Ecclæsiis in pristinum restitutis, Aquæductibus instauratis, tanto splendore, & magnificentia Cardinalatus dignitatem auxit, ut de claraverit Cardinales jure inter principes esse numerandos, ad

Obiit Romæ an. 1456. cum summa pompa iussu Pont. Pauli II. in Templo D. Laurentii in Damaso tumulatus est. Eius titulus ad A-

Zzz quilæjæ

manſit, quem tandem Henricus Hunus e marmore cū ſimulo, quem Scard. f. 130. refert; reparavit. Fuit Patriarcha Aquil. & Archiep. Florēt. Apoftol. Erarii Praefectus ipſum Pat. juxta baſiliſam S. Laurentii aedeſ maximo ſumptu extruxiſſe idē Scard. ſcribit.

quilejæ Patriarchatum promotus à Venetiarum Principe, Veneta donatus Nobilitate; Armis togæ ſuper impoſitis. Calisto III. itidem Pontifice obtemperans Turcas circa Belgradum invadens formidabili prælio diſcicit, diſperſit, & Conſtantinopolim advolare cœgit, cum præſto eſſet Rodiis numeroſam Turcarum claſſem paucis navibus fulminis in morem protrivit, ac demerſit, pluribus Egei inſulis hoſti Orientali ademptis, aliis egregiæ virtutis experimentis æditis, tot patris facinoribus, tot inſignibus Viſtoariis, terra, marique partis, magno Pompejo non inferior incredibili omnium applauſu, & acclamatione Romana viator ingreditur, moritur, non moriturus 1455. tanti Civis memoriæ ergo.

4 ANTONIUS CAPIVACEUS origine nobiliſſimus, amore bonarum Litterarum, & Politicæ præſertim ſapientiz exacta peritia longè clariffimus, Senatui Veneto adeo carus, & militaribus tabulis conficiendis, & exercitiis conſcribendis, recensendisque ſummo omnium ordinum conſenſu Praefectus ut, magna apud viros militares auctoritate, nec minore apud Remp. Venetam honore Collateralis, ut vocant, cum patria Maximiliani Caſaris armorum æſtu abrepta, & afflicta, eſſet ipſe etiam intentato exilio, & bonorum præſcriptione obſtentata eadem præcella involutus, tantisper Maximiliano adhæſit, quod ad rebus pacatis licuit exercere minime extinctam priſtinam fidem obrutam, ut videbatur fatali bellorum ruina. Obiit nonagenarius in patria, in quam maxime Screniſa. Senatus gratia remigrat relicto ſui apud Cives, & exteros ingenti, & nunquam intermorituro deſiderio, Anno M. D. LXVII. Julii.

Vide ſupra f. 325.

ANTONIUS RIDIUS Nobilitate nulli ſecundus ad ſuprema militaria munia, ſub Martino V. & Eugenio IV. Pont. evectus Adrianæ molis ſub eodem Eugenio Praefectus Romanus Cives è ſede depulſo Pontifice arcem magna aſtu ſeſelit, miraque arte, militari victi ſeiſſum in libertatem, Pontificem in ſedem Vindicans Coræſtaneum Cardinalem nobilitate, & poteſtate conſpicuum, qui licet Eccleſiaſtico exercitui præſeſt, ſedere tamen occultè Duce Mediolani percuſſo Eccleſiæ, & Florentinis perniciem moliebatur, cum pontem tranſiret victo ſpectante, obſtupente exercitu nulla vi ſerè adhibita, multaque interjecta contentione illum auctoritate tanti viri deterritum dexterrimè in Arcem impullit, & in Pontificis poteſtate redegit, cujus captivitate militibus percuſis, & diſperſis eundem Pontificem, & Florentinos metu exemit, poſtmodum ſub Nicolao V. Pontifice nulla ſibi dempta poteſtate tot rebus præclare, & ſalubriter geſtis ad S. M. Novæ elogio equeſtri ſtatuſ, & monumento decoratus Romæ an. M. CCCC. L. diem ſuum obiit ſemper ad immortalitatem, æternum ævum victurus.

6 ACTIUS cognomento NOVELLUS, Marchio Atestinus, Clarissimæ, & antiquissimæ familiz, quæ inter primores Patavina olim recensita est, maximum ad firmas opes, & solidam gloriam incrementum, post foeliciter adeptam, & transmissam ad posteros longa ferie Ferrariam Urbem nobilissimam; post Fridericum Cæsarem Romanis Pontificibus infestum consilio, & armis repressum; post Tyrannos afflictos, ejectos, & mactatos, in quibus Actiolinum, & Albericum Onarios fratres, veteres, & decantatos Dionysios, & Phalaridas sevitia, & immanitate persequentes; post patriam Patavium in libertatem assertam: post territorium, & confternatum Manfredum Regni Neapolitani incubatorem, an. 1264. Ecclesiz Romanæ, & præclarissimorum populorum vindex audiens, ac servator, vita functus est: delecto sibi in agro patrio loco sepulchri ad D. Francisci in municipio Atestino, hoc etiam facto veræ, ac germanæ originis caritatem, & notitiam professus.

Vide de hæc
mbiliss. &
antiquiss. fa-
milia 269.
& inscr.
Agri Patav.
f. 270.

Extant quatuor Pyramides, in quarum prima.

7 Marco Zacco Co. Alexandri Accademici Delii Filio, qui bello Turcico generosa juvenia Crete dicta, postquam in ea exteriori præfuisset uallo à Sabioneræ propugnaculituitione destitit, priusquam sagitta transfusus gloriose occubuisset. An. M. DC. LXVIII.

Laudatur hic
ab Alexan.
Vianoli hist.
Ven. parte 2.
lib. 12.

8 *In secunda.* Constantino Dettorio, de quo vide supra fol. 355. n. 17.

9 *In tertia.* Petro Sala, de quo vide supra f. 361. n. 17.

In quarta.

10 Jo. Baptizæ Docto, ex antiqua Daulorum gente Accademico Delio, qui bello Turcico Pat. Triremis, ac subinde Dalmatiz Clinii Tormentorum Præf. Barbaris circumvestus, à militibus derelictus vitam prius, quam sibi concessa machinamenta deseruit. An. 1653.

In cubiculo ad Occidentem, sub icone Ducis marmorea.

11 JO. PISAURO, in quo nihil fortunæ amplitudo mutavit, nisi, ut prodesse tantundem vellet, ac posset

Zzz 2

quod:

quod hanc Martis Palestram Phigios Penates perpetuò complexus, de Venetæ Reipub. fastigio beneficio lumine perfuderit, & inter impii curas adsciverit, eque-
steis Deliorum ordo Patrono incomparabili P. ejusque effigies honoris templum aug. ustiùs reddidit. 1658.

Ibidem sub marmorea itidem icone Ducis.

- 12 NICOLAO SAGREDO qui quod gradus honorum usque ad supremum fecit, totidem monimenta fixit æternorum in rem summam Venetam meritorum, quod in tanto culmine ab hujus militaris Accademiæ tutela, & custodia oculos nunquam deflexerit patrono Beneficentis. H. M. P. An. M. DC. LXXVIII.

- 13 JO. PISANO Præf. cujus munificentiz resumptu decus Deliorum Accademia acceptum refert, dum fortunæ injuria intermissa stipendia, opportuna liberalitate non modo procedere iussit, sed & vacuos à munere Principis annos proutissima Erogatione supplevit, egregium ergo virtutis opus, & beneficium in rudimenta militaria studium devenerata: P. 1680.

INSCRIPTIONES PONTIUM.

Qui viginti, & quinque sunt, olim à communi Paduz extructi, deinde à Venetis restaurati.

Ad extremum Pontis nunc lignei, olim S. Michaelis, qui à communi Padua anno 1191. lapideus extructus est, mox à Carvariensibus dirutus ad majorem securitatem munimenti, vulgò della Cittadella, ligneus factus est; super porta munimenti pontem respiciente.

- 1 *Ad dextram.* FRANCISCUS GRIMANUS Urbis Præfectus. Anno 1658.
2 *Ad levam.* LAURENTIO SUPERANTIO Præfecto resectus est. An. 1681.

Ad pontem S. Augustini P. P. Ord. Præd in marm. cum insignibus.
3 Ex ligneo à fundamentis summa celeritate factus. JO.
BA-

JO. BADUARIO Doct. & Eq. Pratore . JOANNE MAURO Urbis Præs. 1522. 1532.

Ad pontem S. Joannis à Navibus.

- 4 M. CC. LXXXV. Potestate Gulielmo Malaspina de Obiciis de Lucca.

Supra hunc pontem Jacobus Carrariensis Acciolino

In columna pontis vulgè dei Tadi dicti, quod antiquissima Tadorum Familiae Aedes hic propè erant.

Tiranno infestissimus, ab eodem cont-

- 5 Hic Pons communis Paduæ factus est, per commune Paduæ, & completus. Anno M. CCC. Potestate Nob. milite Dño Nicolao de Circhis de Florentia V f. 82. n. 230

prebesus nuda cum Ugolino Advocato, qui in suo Castro Brenta

Ad pontem S. Benedicti in tabella marmorea ad medium pontis cum insignibus.

captus fuerat, miserabiliter obruncatur, & in proximo

- 6 Faventibus M. Antonio Venerio Doct. Christofori Filio Pratore. Francisco Contareno Zaccariæ Filio Præs.

Templo sine ulla fun-

M. DLI

In Pariete fornicis Portæ juxta Pontem conspicitur tabella quædam antiquorum Arcæ dedicationis, Salonæ inventa, & à Ramnufio X. Virum Consilii Senatus Veneti à Secretis Patavium delata, ac posita, ubi nunc visitur inter duo Aenea capita, Andree Navagerii Senatoris integerrimi, virique doctissimi, nec non Hieronymi Fracastorii Veronensis medici celeberrimi. Tabellæ inscriptionem habes apud Ursatum, in suo opere de Monumentis Patav. fol. 222. Porta autem ab Urbis Præsibus Ramnufii precibus aperta est, & amnis transitus lapideo hoc Ponte datus cum hac inscr.

neris pompa buni sepelitur. 1240. V. inscript. Agri Pat. fol. 363.

*Debes viator munus hoc vicinia Tuo
Quod are Pontem extruxit hunc labens
Brenis pateret, ut tibi in Forum via.*

Anno Incarnati Verbi M. D. LII.

Ad Pontem S. Leonardi.

- 7 Anno M. CC. LXXXI. Factus est Pons à communi Paduæ. Hodie in marmorea tabella in Pontis medio. Bernardo Justiniano Leonardi Oratoris Filio Præsfecto restitutus. 1467. Pons hic restructus Joanne Grimano Præs. Anno M. CCCC. LXVII.

Hinc Resp. Par. aggressa est extructionem mœnium antiquorum de quibus Monachus in bist. Mustatif. 45.

Ad

etiam anno
1595. 1240.
1258. 1263.
1270. 1286. 8
qua membra
tandem U-
bertinus Car-
variensis III.
D. Padua 9
persecut, &
Turribus, ac
pinnaculis ad-
ornavit.

Prope hunc
Pontem Al-
ciolinum in
magnifico Pa-
lato habitaf-
se, & Curia
tenuisse scri-
bit Rol. f.
59. Forſitan
in adibus Do-
lesmaniorum
antequam ab
ipſo excider-
rentur.

Ad Pontem Moetrinarum in columna in medio.
In cuius epistyllo duo stemmata conspicio
Pontis erecta. M. CC. LX.

Ad Pontem Alsinatam.

Pontem hunc duplici de causa sic nuncupatum, observat Ur-
ſatus Monum. Patav. fol. 152. Nimtrum quia Alsinum versus anti-
quissima Venetiarum Urbem olim pateret egressus. Vel quia Al-
sinates quum excisa eorum Urbe Patavium se recepissent, ea in
regione aedes sibi erexissent, quod Bernardus Georgius An. 1556.
Patavii Praetor regimini, ut scribit Pignoria, Musas feliciter con-
jungens hoc Exasticho, Ponti Portae imposito, eleganter signifi-
cavit.

*Hic Alsinates laribus, Patriisque relictis
Dum metuunt pradas, dum metuuntq; nocem,
Aetila namq; igni vastabat, & omnia ferro,
Exstruere sibi pignorumque domos.
Indita sunt ex hoc igitur sua nomina ponti
Alsinas ripam hanc incola quod coleret.*

Exstructus est Pons cum Porta, & moenibus quae circa ipsum sunt. an. 1286.

*Ad Pontem pridem Faleroti dictum, aut à vico Proximo, aut ab
antiqua familia, quae hic suas aedes habebat, nuncupatum; dein-
de dictus Macellorum, cum Franciscus Carrariensis IIX. Padua
Dñs translatus huc. Anno 1398. extruxitque macella, vulgò le
Beccarie grande.*

Olim in Lapide.

30 M. CC. LXXXI. factus fuit Pons.

Ad Pontem Turrillarum.

Hic Pons una cum Porta, & moenibus, quae circa ipsum sunt ex-
structus est. Anno 1210. Praetore Jacobo de Andito Placentino.
Aspiciuntur in ipso flumine antiquarum aedium Picacapræ (fami-
lia eadem cum illa de Forzate Transalgardi, & Capitelista) vestigia
quarum aedium Turris adhuc in ipsis moenibus cernitur.

30 Extat supra portam in marmore insculpta hæc inscri-
ptio Joannis Val de Taro Poetæ illa ætate non vulgaris.

*Urbe Placentia Jacobus Vir Nobilis ortus
Anderii generis, merito Patavina potestas*

Mille

Mille ducenta decem Christo post secula nato
 Muris , & Porta Paduam decoravit ab Austro,
 Vos Antenoride , si tui vultis ab hoste
 Esse , foris muro par vos liget insus amore ,
 Arboreis frustra petitur sub frondibus umbra
 Interius morbus si viscera tentet acubus .
 Ne pereans igitur labor , atque impendia muri ,
 Consilium vatis vestri servate Joannis .

Vertit Portenarius .

Ecco la porta al muro ;

Mà dentro delli muri

Vi legbi Santa Pace .

L'ombra si cerca in uan d'alber frondoso ,

Se le viscere abbruggia morbo acuto .

Accid dunque non sia fallace , e uana

La fatica , e le spese della mura

Osservate il Consiglio

Del vostro amico Poeta Giovanni .

Scribit Rol.
 cum Urbs se
 dedisset Fri-
 derico Hejus-
 que dominum
 nomine Casa-
 tis caperet Ga-
 boardus Sve-
 vus Dux ce-
 piarum Impe-
 ratoris, una cum
 Acciolini Ur-

Describens ipsam Roland. f. 81. aggressionem , quam exercitus fæde-
 ratorum , hæc intulit Urbi , defensionemque oppositam ab Accio-
 lini præsidio hæc habet . Eras enim porta defensa multum magno ca-
 stro quodammodo , ut potè castellata domo lapidea , qua fuit olim Apica-
 caure defensa turri fortissima , & sublimi ; balistis magnis , & parvis multis omnis
 plurimis præmunita . Adium fundamenta Pica Cauræ , seu Capilistii , loco habitum
 adhuc in ipsis mœnibus aparent .

bem ingrediens
 hunc Portam
 osculatum
 fuisse, quod à
 loco habitum
 existimaturq;
 illud osculum
 Juda .

Ad medium pontis S. Mariae in Vantio , olim in pulchro marmore .

11 Prætorè Christophoro Duodo : Thoma Lippomano
 Urbis Præfecto . Anno Salutis M. CCCC. LXXXIX.

Ad pontem , vulgò pediculofum , antiquus ponderorum ex a-
 quarum pondere , eorumq; sustentaculo dictum , in lapide pontis ,
 in medio sito .

12 Maphæo Contareno Prætori , Jacobo Marcello Præ-
 fecto constantissimis , Pontis hujus restitutoribus , Civitas
 non ingrata dicavit . 1481.

In

In vicino Ponte ; quæ itur ad mania .

- 13 Hermolao Donato Prætori integer. M. D. XVI.
Hieronymus Pisaurus Præfectus Benedicti Procuratoris
Fil. M. D. XVI.

Ad Pontem Curvum olim in pulchro marmore .

- 14 Hermolai Donato Prætoris Equissimi, munificentif-
simique vigiliis pariter, & solertia, M. D. XVII.

Altera ex parte .

- 15 Julianus Gradonico Paduæ Præfectus solertissimus, ne
quid antiquitati, Pontisque dignitati deesset has sedes,
hæc ornamenta bellorum injuria pridem dirupta, resti-
tuit. Anno Sal. M. D. XVII.

Ex hoc Ponte
celeberrimum
edidit saltum
gloriosa Isa-
bella Rava-
gnina Virgo
rustica, cujus
cum pudori
militis Cæsa-
rei exercitus,
sub Maximil.
Pac. potiti in-
sidias strueret,
dum fugit, se
in undas præ-
cipitavit, qui-
bus hausta æ-
ternum gloria
in apicem ad-
surrexit.

*Ad Pontem vulgò del Businello, qui superest flumini præ-
terfluenti hortum Bethlemiticum, Cenobium S. Antonii versus an-
1309. extructum, ut indicat lapis jamdiu ibidem prostratus, &
semidirutus. Hodie in tabella in medio Pontis erecta.*

- 16 Zaccariæ Barbaro Eq. Francisci Oratoris Fil. Præt. ac
Præf. Pons, è sublicio lapide restitutus. 1478.

*Proximum huic Ponti fuit Colosseum, quod initium ducebat à vetusta Porta
hujus loci, quæ hodie diruta est, desinebatq; ad Cameterium S. Antonii.*

*Ad Pontem juxtà Hortum Medicum, vulgò del Majo, ita
appellatum, quod hic propè esset instrumentum in formam Mallei
constructus, quo as cudebatur. Hodie eodem in loco molendina
extructa sunt. Visitur in lapide.*

- 17 Bernardo Navagerio Prætorè . Aloysio Donato
Præfecto. 1547.

*In Ponticulo super fluviolo qui secus Monasterium Misericordie,
& S. Justinae decurrit in lapide effigie S. Justinae insculpto .*

- 18 Expensis S. Justinæ term maximæ . M. D. XLI.

Ad

Ad Pontem Candalonga in prostrato, & neglecto lapide.
 19 Hermolao Barbaro Prætorè, Joanne Capello Præf.
 M. D. XLXI.

INSCRIPTIONES PORTARUM.

Portæ Civitatis, quæ hodie septem sunt, una cum manibus novis initium ceperant à Porta Sarafineltæ anno 1256. 1258. cum munitionem prosequuti sunt Cartarienses Principes anno 1318. 1337. 1353. 1359. 1363. 1370. perfecitque Ubertinus III. Dux. Quam tandem ingenti auri profusione ad formam, quæ spectatur Veneti* redigerunt, cum an. 1509. Maximilianus Cæsar unus ex federatis contra Venetos in Cameracensi caedere, exercitum Urbis admovit. tum postquam obsidione soluta iterum timebatur ejus reditus, eo tempore Portæ restituta, refecta mania erecta, ac munita propugnacula Fossæ altius latiusque ductæ, atque ita munita Urbs fuit, ut penè inexpugnabilis habeatur. *Scr. Port. l. 3. c. 4.*

Conspiciuntur ad propugnacula absque litteris quemadmodum in manibus Fossarum aggeribus, atque alibi Clarissimorum Rectorum Venetorum gentilitia Stemmata, præsertim verò marmorei, alatique Leones miræ pulchritudinis, nec non inscriptiones supra Portas. Quas damus,

* Berno l. 9.
 Mocenico l. 2.
 Pietro Giusfi.
 man l. II.
 Guicc. l. 8.

Supra Portam Novi Portelli.

1 OMNIUM SANCTORUM.

Marco Antonio Lauredano Præfeto.

Hæc Porta Omnium S. S. adhuc nuncupatur, quòd olim in fine *Is enim portæ tam muro* yici Omnium Sanctorum esset, usque per Pontem lapideum anno *1196. à communi Paduæ extructum iter erat ad viam, qua recta proxima pro-* 1196. à communi Paduæ extructum iter erat ad viam, qua recta *pugnacula* itur Venetias. Prope hanc portam erat olim portulus vetus, quò *navigia appellabant, eratque inter duo flumina, quorum alterum cum manibus* fluit Clodiam Aersus, alterum Venetias. Conspicitur adhuc *extruxit; in-* tus porta lapidea muro clausa, cum simulachro S. Prothodimi *dicant rosa* populo benedictis memoriz causa *scribit Ungar.* quod hæc S. Præ- *sui festatis* sul Urbem primum ingressus est; legitur in illius Portæ marmo- *pone funda-* reâ coronide hæc inscriptio. *menta mentis*

2 Marcus Antonius Lauredanus Præf. M. D. XIX.

Aaaa

Uterius

Uterius in fine regionis hujus in proximo propugnaculo, sub Leone marmoreo, & statua, in ornato marmore.

- 3 Hoc hospes opus tibi indicat, an JULIANUS Grædonicus, qui Patavium ornavit, atque munivit Ancimeruerit nomen; at, si tu legeris Acta, Aristidem quoque dices, nam talem egit Præt. qualis quilibet esse deberet. Anno M. D. XVIII.

Ad horologium supra novam Portam situm.

- 4 Marco Antonio CONTARENO Prætor. Hieronymo CORNELIO Præfecto. M. D. XXXIX.

In Basi columnarum Porta. Ad levam introeuntium.

Urfatus vero histor. l. 1. Porten. Ughellius, & alii Urbem annis M. C. LXXXII ante Christum conditam validissimis rationibus demonstrant.

Hanc antiquissimam Urbem literarum omnium asyllum, cujus agrum fertilitatis lumen natura esse voluit, Antenor condidit Anno ante Christum natum M. C. XVIII. Senatus autem Venetus his belli propugnaculis ornavit Anno à Christi adventu M. D. XVIII.

Ex alio latere.

LEONARDO LAUREDANO DUCE Venetorum invictissimo, cujus Principatus varias vices fortunæ excipiens, fortiter quam gloriôsè superavit.

Anno Domini M. D. XVIII.

Ad portum in sabella marmorea, sub Pyramide.

- 6 Accedentium, & discedentium, commodo, Petri LANDI Præt. Marci BARBADICI Præf. Pauli CONTARENO curatoris diligentia.

Anno Domini M. D. XXXIV.

E' regione hujus in alia marmorea sabella.

- 7 Ripam accessu diuturno, & recessu devastatam HIERONYMUS LANDO Eq. Prætor. HIERONYMUS de LEGE Præfect. restituerunt.

Anno Domini M. DC. XXVII.

Ad Por-

Ad Portam Cauda longa olim SS. Trinit. à vicina Eccl. nuncupatam, extra altiùs, sub gentilitiis insign.

- 8 PETRO MARCELLO Præpore.
ANDREA MAGNO Præfecto.
Anno Domini M. D. XXI.

Fuit hic
prope portus
Navium
Vinariarum,
qua multis
ex locis huc
vina deve-
bebant.

*Ad Portam Savonarola, ita appellatam teste Portinar.
à Nobili Familia ejusdem nominis, qua propè il-
lam suas Edes habebat.*

Porta cum magna murorum parte luculentiùs resecta,
propugnaculumque adiectum, & fossæ altitudo,
atque ita addita.

- 9 Joanne VICTURIO Præt. Priamo LEGIO Pata-
vino Præfect. Procurante ANDREA GRITTO
Senatus Veneti Principe M. D. xxx.

Inter hanc
Portam, &
illam Sancti
Joannis fuit o-
lim alia Sancti
Prodocimi
nuncupata in-
xia stradam
pilosam, qua
ad huc nomen
retinet, quæq;
Anno 1383.
clausa fuit.

Extra verò in uno ex lateribus Janua.

- 10 Joannes Ma. Falconerus architectus F.

*Ad portam Sancti Joannis à Navibus, quam Anno
1256. expulso Acciolino Tyranno commune Padua
lapideam fecit. Hodie inrorsum in amplo mar-
more Decumanis literis signato.*

- 11 ANDREA GRITTO Principe optimo muris vali-
dioribus propugnaculis refec. Porta tutiori restitu-
ta. Patavium munitius, & ornatus est factum.
Anno M. CCCCC. XXVIII.

Extra verò in marmorea coronide pulcherrimis literis.

- 12 M. D. XXVII. MAPHEUS MICHAELIS Præt.
& SANCTI CONTARENI. STEPHANI F.

hujus Urbis Præf. studio, & diligentia opus hoc,
& inceptum, & absolutum.

In altero Porta latere.

13 Joan. M. Falconetus Veronenfis architectus F.

Supra Portam Sarafinescha in libro marmorei Leonis.

14 Pax justis, & vita bonis.

Ad Portam Sanctæ Crucis exterius.

15 Julianus GRADONICO Præf. M.D.XVIII.

Intus, & extra.

16 SANCTÆ CRUCIS.

In libro marmorei leonis.

17 Justitiæ, ac pietatis memores.

Intra portam in pariete marmorea tabella.

SANCTÆ CRUCIS.

Hermolai Donati Prætoris, & Hieronymi Pisauri
Benedicti Procuratoris Filii Præfecti, & Petri Vene-
rio provisoris studio, ac solertia inexpugnabilis red-
dita, & hoc Illustrissimi Senatus Veneti decreto.
Anno Domini M. D. XVII.

Ad Portam Pontis Curvi nuncupatam.

19 Julianus Gradonicus Præf. M.D.XVIII.

Intus, & extra.

20 L I V I A N A .

quoddam Barthol. Ursinus Liviani Comes exercitus
Venet. Imper. hoc in loco extrui jussit.

Inter hanc portam, ac Pontem, Sacellum est cum Icone S. Justine
ad memoriam erectum hujus facti, quod Scard. de B. Virg. Ju-
stina sic describit. Delata Virgo Justina, quod Christiana esset
dum

Isti enim; 18
et proxima
maxima cum
propugnacu-
lis erexere,
et portam
hanc hinc tra-
stulerunt, que
antea erat in
fine vici S.
Crucis ad ri-
pam fluminis
a Pad. Rep.
Anno 1192.
erecta, supra
quam Franc.
Carr. VII.
Dux Pad.
Turrim alti-
simam, sexan-
gularem, cu-
jus vestigia
ad huc extant

dum aliquando ex prædiis Paternis Urbem reverteretur in ingressu Pontis Curvi à Tyranni Maximiani Prætoris militibus circumdata, suspiciens se aut ad Tyranni prædium, aut ad stuprum requiri, quædam, qua vehebatur, desiluit, & flexis genibus super marmoreum Pontis lapidem dum exorat Deum; ut Virginitatem, quam ei dicaverat, ipse sibi illatam servaret; mirum dictum: cessit tunc genibus saxum, ita ut in eodem, utriusque genu vestigia manserint.

*Conspicitur saxum Venetis in Pariete Templi D. Justinae
Monialium maxima cum admiratione in facti memoriam, cum hac inscriptione.*

- 21 Traditum est nobis ab antiquis in dubia successione hanc esse illam petram in qua JUSTINA Virgo impressit vestigium genuflexionis suæ factæ pro oratione habita ante Martyrium, quam hinc reponi fecimus ad fidelium devotionem. 1462. Die 20. Aug.

Ad portam ubi Pons olim S. Stephani, hodie S. Laurentii in rudi lapide. Hodie non extat.

- 22 Hic Pons factus est à commune Paduæ.
Anno M. C. LXXXVI.

Cum cõperissent Patavini, partem alteram exercitus Sacri fœderis, qui Civitatem obsidebat circumquaque, ingressam fuisse in Urbem, præfidiariis custodibus occisis per Pontem Curvum, atque Ansedisium, qui Prætor pro Acciolino erat fugæ elapsus, reclusa porta hac, recepere una cum multis Venetis Tisum Campisamperium, Com. Ricardum S. Bonifacium, Jacobinum, & Ubertinum Carrarienses omnes exules, aliosque quamplurimos Patavinos.

Roland. ad Ann. M. CC. LVI.

Ad portam Portelli, sub busto marmoreo.

- 23 *Hospes sic egredere*
Ut ANGELUM DIEDUM Prætozem eximium veneris
Qui regnandi artibus, ac virtutibus universis,
Ita Civium omnium devinxit animos,
Ut hinc secum ipse discedens
Ultiones in triumphum evexerit.

Sic ingredi
Ut fortissimi Ducis FRANCISCI DIEDI memineris
Qui ANDREA GRITTIO Collega
Inimicis per hanc Portam Venetis copiis

A Came-

*Hi enim
Civium, &
Agri incolarum*

*Theubonico-
rū dominium
fastidientū,
& Venetum
exoptantium
precibus ex-
citati, Urbem
Reipublica of-
ferre.*

558

Jacobi Salomonii.

**A Cameracensis conjurationis faucibus ereptam
Ac Reipublicæ assertam
Pristinæ felicitati restituit .
Milites Libratores
Portæ Omnium Sanctorum inciderunt .
M. DC. LXXXVII.**

PORTÆ VULGO LE CONTARINE.

*Vide Inscript.
nostras Agri
Pat. fol. 2.
Morto Giu.
lio Celare
&c.*

Sunt, qui existimant, has portas desumpisse nomen à vetustissima, & nobilissima Familia Contarena, ex qua, eo tempore, quo Romani cum Patavinis bellum gerebant, cum lecti essent Duces quatuor, qui Urbem tutarentur, ex qualibet regione unus, Pontis Molendinarii Ducem habuit Regio, qui patriam prodidit, inductis in Civitatem Romanis; Proscriptus hic est à Patavina Republica, patrimonium ejus ad fiscum redactum, diruta domus, erectaque columna ad infamiam narrans proditionem, restitutus mox est pace cum Romanis in ita in integrum, habitabatque in hac Regione Contarenorum, quod domus illæ omnes ipsius essent.

Contigua hic spectantur Nobiles Federici Caballi Rarritii Veneti Aedes in speciem regia habitationis redactæ, miris picturis, prætiosaque suppellectili ornata. Accidit hic Ann. 1585. memorabilis eventus LUCRETIAE COROMBONÆ, eam uxorem prius Nepotis XISTI V. moxque repente demortui, duxerat PAULUS JORDANUS Urfinus Braciani Dux, profectusque Roma Patavium, habitavit in his Aedibus: eo brevi defuncto non sine hausti veneni suspitione, cum Patavii etiam degeret Ludovicus Urfinus Jordani Nepos, à Lucretia trecenta millia scutorum jure hereditario petebat, sed causa cognitione, ex arbitrio data Menochio Professore publico hujus Accademia, is pro Lucretia sententiam dixit, qua nocte 22. Decembris Anni 1588. dum in secessu cum Ancillis precibus Deo fundendis operam dat, trucidata miserime fuit cum fratre Annorum Quatuordecim. Missus extemplo à Veneto Senatu ALOYSIUS Bragadenus Advocator questionum Criminis instituit, convictique patris sceleris Ludovicum; is se omni ope communit ea in domo,
quam

*Ex Cronic.
manuscripte.*

quam habitabat apud Sanct. Augustinum (ea nunc Patri-
tiorum BARBADICORUM est), sed jussu Advocatoris,
Rectorumque Patavinorum, imposito adversa fluminis ripa
tormento bellico, quassata, dirutaque est anterior pars do-
mus 23. Decembris; qui cum se dedisset post acrem defen-
sionem cum quadraginta tribus sociis, (quorum tres in ipso
certamine periere, & post mortem capite plexi sunt, in foro
Nobilium) cum ipsis in Carcerem Praefecti ductus, nocte
vigesima sexta mensis strangulatus est; tres qui Ducissam
cum fratre occiderant, igne, ferroque torti, tradique equis
per Urbem, inde in partibus secti sunt, tredecim vero die
vigesima octava patibulo suspensi.

In superiori Area Pratoris, altius supra Arcu, quod
ad Vicarium iur, in marmore.

24.

MAFEO CONTARENO

Pratori

Const. F.

Anno Sal.

M. CCC.

LXXXI.

XVIII. Aprilis.

Ad Praefectum in aula viridi nuncupata, in marmore.

25.

SYLVESTRO VALERIO Patavii Praef. prudentia,
justitia, animi magnitudine, heroicarum virtutum splen-
dore nulli Antecessorum secundo, qui Praefectura
decidens universos Patavinorum animos aeternis cha-
ritatis vinculis constrictos, tanquam in triumpho se-
cum adduxit, BERNARDINUS Pignata servus de-
vinctissimus hoc exiguum grati animi, & ingentium
obligationum suarum monumentum Domino, & Pa-
trono incomparabili, ac de se optimè merito P. C.

Anno Domini M. DC. XX.

Adie-

Ibidem sub insignibus.

26 **GEORGI CONTARENI** Patavini Lycei protectoris optimi ne parcite laudibus, qui nec oculo parcit advenæ studiosi efferat, cujusque ingenium stylus haud voluit hic maris filius instabiliti nunquam obnoxius, Quæ leges sustinebat haud poterat mens fluctuare mirum quidem, Equitatem est nactus natus æquore maris nihil habuit præter, salem absoluit imperium semper dignus, qui imperet desit regnare non regere martis cessit regimini, ut regnaret in animis quod admirata Legist. societas Urgente **DOMINICO SPINOLA** Procurat. Vigilantissimo.
Anno Domini M. DC. XLII.

*Olim in Vico Sanctæ Crucis, hodie in Domo Antonii
Corradani ad Pontem Turricellarum.*

G. C. D.

M. LELIUS
MAGN.

VI. VIR. OB.
HONOREM

Q. Q.
N CC. XLI.

*Genio Casar
ris dicarvit
Maxius Leli-
us Magnus
Sex vir ob
honore Qua-
stus. Numis
ducentis Qua-
draginta uno.*



FA:

FASTI PRÆTORII URBIS PATAVINÆ

AB ANNO M.C.LVI USQUE AD ANNUM
M. DCC. I.



DESCRIPTIONIBUS Agri, jam editis, bella à Patavinis gesta præfatus sum, quod illius mutationes edoceant; urbanis verò monumentis nil utilius adjiciendum fuit, quàm FASTI PRÆTORII, quibus tot heroum nomina, quæ ex lapidibus haberi non possunt, memoriæ traduntur; atque res Urbis, in hoc opere collectæ, non mediocriter illustrantur. Altius tamen repetenda res est, ab ipsa origine Civitatis; cum ante prætoriam institutam quale imperium fuerit cognoscere oporteat; adeoque universæ hujus mutationes, quo facilius uno intuitu notari possint, brevi epilogo præmittuntur.

- 1754 Aloysius Pisanes
- 1702 Petrus Grimani
- 1753 Franciscus Lauredan
- 1762 Marcus Maurus
- 1763 Ioannes Procani



Appen-

APPENDIX INSCRIPTIONUM.

Tum monumentorum antiquis notis insculptorum, tum eorum omnium, quae intra moenia, in municipiis, & vicis post editionem libri Inscriptionum Agri Patavini 1696. inuenta fuerunt.

A B A N O. Ad pag. 559.

Aponus rus amoeniss. in quo Thermae per celebres, de quibus *Claudiana*

*Fons Antenorea vitam, qui porrigit urbi
Fataque vicinis noxia, pellis aquis. O'e.*

Miram continentiae vim in his aquis esse *Cassiodorus* recenset; nam in undam, in qua viri resciantur si mulier descendat, incendi, exuri, ait. Caeterum praeter reliqua loci ornamenta ferunt mille pedum porticum ibi olim extractam fuisse, hortis, & nemoribus decoratam, vinetis, & opiaris excultam, ut locus non minus salubritate aquarum, quam caeteris ornamentis, reliquis anteciret.

P *Ignorius* fol. 53. agens de religione, quam Trojani in Italiam detulere, scribit, *Aeneam* Penates advexisse (erant eorum effigies ex ligno, aut metallo, aut marmore) ut idem *Aeneas* apud *Virg.* fatetur.

III. *Aeneid.*

furor exul in altum

Cum sociis, natoque Penatibus, & magnis Diis.

Horum antiquitus fuit Ara in hoc vico inscripta.

DIS PENATIBUS.

Conspicitur hodie Patavii in columna cujusdam domus prope Gymnasium quoque ad Lanienam ducit citra pontem: est autem omnium Inscriptionum, quae Patavii sunt, & fortasse in tota Europa antiquissima. Scribit *Pignorius*.

Scardeon. fol. 61. monumentum hac forma integrum refert.

Caja Atia
Caisilia Prima
sibi, &
Quinto Sicio
Marcis filio
Viro suo vires
fecit in fronte
Pedes viginti
Hunc locum,
et monumentum
Heres
consequitur.

C. ATIA C. F.
PRIMA SIBI
ET. Q. SICINIO. M. F.
VIRO SUO
V. P.
IN FRONTE.
P. XX.
H. L. ET. M.
H. N. S.
DIS PENATIBUS.

In Tem-

In Templo Juxta aram B. V. à Rosario in pariete marmore elegans, in cuius peripheria.

- 3 Piiis manibus Illustrissimi, ac Excellentiss D. D. VVenceslai Ferdinandi S. R. I. Comes Popel. de Lobkowitz Domini in Bilin, & Ejebshausent S. C. Regiaque Majestatis Camerarii, Consiliarii status, ac Equitis aurci velleris hoc monumentum moestissimi hæredes P. P.

In Corpore Petra Epitaphium.

- 4 D. O. M. A. Chare steteris viator: statim præteri, cursim lege, perpetim luge: ah! quantus viator, hic præteriens præterit. Sic præterit figura mundi. Foris Austriaci Mercuris Pentaglossus ad Aquilas, lilia, Turres, Leopoldi Imper. ter Augusti, ter Orator, cæmso orbe: quem cognato, purpuris sanguine, virtute, sapientia attonuit; demum Vindobonam redux, & valitudinis gratia ab itinere divertens, ubique quæsitam, Apponi, reperit salutem. Hic medico pedes imbuit ceno, ac eluto mortalitatis luto animam induit Cælo. Ita per lutum, aquam, ignem transivit ad refrigerium Empireo quàm piræ maturior, fastis, quàm fastis dignior. Trepidaverat paulo antè tellus non tam ruinz præfaga, quàm indignata: Aut tantis pærem meritis sibi lauream desieri, aut tantum eripi Reipubl. Atlantem flammantes lacrymas, madentes flammæ adfluere funeri tres pupilli, plures pupillæ: Eugæneo Thermas daturæ clivo, nisi haberet. Posthac ergo bis Calendas flebis undas ter flebile Aponon heu! Magnus viator; luce Sanctæ Luciz. Anno M. DC. LV. Luce Sancti Lucez anno M. DC. XCVII. Luci fluxæ natus fulsit, denatus fluxit. Lux perpetua luceat ei.

Humi in templi fermè medio.

- 5 Magni ministri Illustriss., & excellentissimi D. D. VVenceslai Ferdinandi S. R. I. Com. Popel. de Lobkovitz Domini in Bilin, & Liebst una celantur, majora elogia, in pariete celantur.

Exuvia trifariam sepulta.

EPIGRAMMA

Pars hic, pars Bulina, pars Praga; nempè jacere

Uno non potuit tanta ruina loco.

- 6 D. O. M. Prudentiæ Salineriæ Nob. Patav. Joannis ALEXII Uxorî supertiti suavissimæ è vivis fato sublatæ, sed animi sui virtute, & immortalî fama Francisci Fratris olim in Patrio Archilycæo Logicæ Profess. clariss. nunquam interituræ, ne abesset à cineribus Lucretiæ Matris dulcissimæ, Cognati filius-

De Nob. familia de Alexii hac Rol. fol. 65. Anonius Judex, Ugucionas

D d d d

que

Ugucionas

† Alexius
frater, filii
q. Dñi Jacobi
de Alexio
Judicis Pad-
quod attine- 7
bant Deles-
maninis iussu
Acciol. capti
sunt, & in
obscurissimos
carceres con-
jecti, ibi
vitam miser-
rimè finierunt
an. 1241.

578

Jacobi Salomonii :

que Joann. Anton. J. C. Alexi mœstifs. M. H. P.
Anno Domini M. DC. XCVIII.

Ante Portam meridionalem in rubro marmore quadrato.

Diamanti Marfiliz Nob. Patav. Uxori Thomæ Silumi Nob.
Cyprii, ac Paduæ municipis, honestate, cæterisque animi doti-
bus spectatiss. Anton. Maria egregiæ Parentis indolem reveri-
tus hoc doloris, & amoris Symbolum posuit. Anno 1695.

In Æde Archipresbyteri in Aula ad pag. 163. n. 18. lege.

8 Sygismundus Capilistius defuncto Ludovico Archipresbytero
ejus Patruo, nolens sacris initiari, cessit hanc Ecclesiã Paulo
Docto. 1565. Paulus Dottus per renuntiam 1565. Oratius Qua-
rantaotto 1572. per renuntiam.

*In angulo Nitraria publica, sub Icone marmorea
Divi Anthonii.*

9 Protector Territorii anno 1583. Die XXV. Augusti.

A G N A . Ad pag. 362.

IN hoc vico, ubi antiquitus castrum erat, & via Adriam
versus patebat, eruta fuit anno 1650. in latifundiis Nobilium
Papatavorum, ubi innumera antiquitatis vestigia quotidie re-
periuntur, tegula alta pedes duos, uno cum dimidio lata, signata.

† Tegula se-
pulti hominis
signum. Fi-
gulis nomine
signata. Urf.
Mon. Pat. 2
fol. 175.

L. BLAN. †

*In domo Vincentii Mingoni Architecti intra super ostio
majoris Janua in albo lapide.*

Gratia divinissimi spiritus è montibus æternis humilia respi-
ciente, domus hæc ex nihilo fermè creata est, cooperantibus la-
boribus, industria, & diligentia Vincentii Mingoni Architecti
anno reparata Sal. M. DC. LXXX.

I N P A G O S. A N N E. Ad p. 215. n. 60.

*In splendido Palatio Hieronymi Mauroceni, supra in cubiculo ad o-
rientem in pariete marmorea tabella, cum imagine.*

1 Verna puer, puer ò mi Verna quis ah quis ab ara
In teæbris rapuit perditus heu morerer.

Hic

Hic secum assiduè loquerer ni sæpè jocando,
 Fallerer, hic te dum continuò inspicio.
 Semper ero tecum, & si me sopor occupet; umbram
 Te umbra petam; ergo unquam ne timeam, abs te abeam.

In eodem cubiculo, in alio marmore.

2. Inice si pietas unquam est, & suspiria imple
 Mecum hospes lacrymis marmoris hoc vacuum.
 Nam fermè exemplum periit, cum obiit mea Lyda,
 Quàm periere homines, vel periere Dii.

ANGVILARA, VICUS. Ad pag. 350.

IN lapide marmoreo ad pontem Gorzoni fluvii an. M. D. LVIII.
 iussu Senatus aperti. Præside Nicolao Zeno Catarini F. jux-
 ta viam vici Anguliariz.

3 G. G. A. D. M D. LXXI. *Opus Josephi Apontonii Veronensis.*

ARQUA, ARQUADUM VICUS. Ad pag. 350. n. 58.

Sicut præclarissimi, *Athorum Eruditorum Lyssia Collectores Tom. 3.
 lect. 4. fol. 172.* inquirunt, collis amænus, atque cultissimus,
 vino dulcissimo abundans, & sepulchro Petrarchæ celeberrimus.

*Olum in Aula inferiori domus Vicarii, sub imagine Lauræ,
 & Petrarchæ hæc legebantur.*

- 1 Carmina Laura tuo facta est divinc Petrarcha
 Notior Eois, notior Hesperiiis.
 Porro illa eximia perfecit munere formæ
 Ut caneres Sanctis carmina digna Deis
 Ne cessate bonos pulchrè redamare Poetas
 Domina etenim occidua nominis hi reparant.
 Vos cauti Vates pulchras redamate vicissim, ut
 Concilient vestris sæcula carminibus.

Memoriæ resurgenti Francisci Vatum politissimi, & Lauræ formo-
 sissimæ LAURENTIUS PIGNORIUS sobriæ, & castæ antiqui-
 tatis supra fidem admirator genio favente P.

Obiit Laura Avinioni die VI. Aprilis anno 1348. annorum XIV.
 sepultaque est in Æde P. P. Minorum Sancti Francisci dum Pe-
 trarchæ Veronæ cum Principibus Scaligeris moraretur; hoc se-
 pulchrum sequenti elogio honoratur.

Dddd 2 2 D.OM.

- 2 D. O. M. Et memoria æternæ D. Lauræ cum pudicitia, tum forma fœminæ incomparabilis, quæ ita vixit, ut ejus memoria nullo sæculo extingui possit. *Restiterunt veterum monumentorum peregrini indigatores D. Christophorus de Allegre Eq. Lusitanus & Gabriel Simeonius Florens. 4 Idus April. Ann. 1558.*
Sola manet virtus cætera mortis erunt.

Conspicitur Tarvisi in Æde S. Francisci in strato marmore pænes ostium australe Francisca Petrarca Filie, quam florentæ atate Mediolani susceperat, & Francisco Brosano Civi Mediolanensi nupserat, hoc Epitaphium.

- 3 Francisce patienti præemptæ Francisci Petrarchæ Laureati Filie, Franciscus de Brosano Mediolanensis maritus P.
Obiit Anno M. CCC. LXXXIV.

Papie quoque aspicitur sequens epitaphium, quod insculpi jussit Franciscus sepulchro Francisci Filii Francisce filie sue, qui, cum ibi Petrarca moraretur, mortuus est.

- 4 Vix mundi novus hospes eram, vitæque volantis
Attigeram tenero limina dura pede:
Franciscus genitor, genitrix Franciscæ sceatus,
Hos de fonte sacro nomen idem tenui:
Infans formosus, solamen dulce parentum,
Hic dolor; hoc uno fors mea læta minus.
Cætera sum felix, & veræ gaudia vitæ
Nactus, & æternæ, tam citò, tam faciliè.
Sol bis, Luna quater flexum peragraverat orbem,
Obvia mors, fallor, obvia vitæ fuit.
Me Venetum terris dedit Urbs, rapuitque Papia;
Nec queror, hic Cœlo restituendus eram.

In domo Petrarca, quæ possessorem sortita Marcum Antonium Gabrielium Nobilem Patavinum: super ostium.
5 Hieronymus Gabrielis restituit.

Super Valvæ, per quam ad hortos, & colles aditus patet.

- 6 *Impunè hinc Cererem summas impunè Lyæum
Inactas habeat dum mea laurus opes.*

Distichon istud Aloysius Coradinus antiquitatum peritissimus in suas Ædes traduxit, ubi ad callam vinariam saxo listeria uncialibus incisum spectatur,

In hac

In hac Francisci Petrarca domo, veneranda supersunt vetustate, magna cura à fundi vero religiosè conservata, ex illius suburbana suppellectili, SÉDILE, hoc epigrammate à Pignorio V. C. celebratum.

- 7 Hospes ades, tenucumque procax ne despice Sellam
 Terpichorè qua vix aurea majus habet.
 O quoties vatum hæc sedit clarissimus olim
 Dum canit ad Tuscam carmina culta lyram.
 Cum rigide ad numeros motare cacumina quercus
 Conspectæ, & rabiem ponere iussa fera est.
 Phœbe pater quid cessat, ac si superaddere cessas?
 Dignior haud currus instruet ulla tuos.

*His subiicio distichon JOANNIS RHODII DANI
 celeberrimi Viri, ad Abachum*

- 8 Limpida servavi mensis crystallà Petrarca
 Simplicitas avi, quæ fuit, inde patet.

Diogenis parvæ non concedentia testæ
 Qui spectas veteris ligna vetusta domus;
 Hic ABACUS; Vatis cui debet Ethruria laurum
 Quem fama est tenui sepè onerasse luto:
 Vata ministrabat facili Campania limo,
 Ponebatque humiles Creta dolata dapes:
 Non hic Mentoreis insigne Torevma lactis,
 Diffusum in tabulis non rutilabat ebur.
 Ornamentum ABACI, virtus conviva Tonantis
 Quæ sine non superum fulget honore pelops.
 Si nunc Diogenis Pellæque rediret alumnus
 Utraque pelleo cognita testa forent,
 Diceret, I Cynice, & quantum placet, utere Phœbo
 Me melior modici liminis hospes habet.

*Nec prætereo
 versiculos Jo:
 Argoli rara
 eruditionis
 juvenis.*

*Ingrediens autem domum Petrarca primo statim vestibulo
 occurrunt coloribus aquaticis triumpho: primo Amoris,
 cui hoc legitur Epigramma.*

- 9 Quest'è colui, che 'l Mondo chiama Amore,
 Ei nacque d'ocio, e di lascivia humana.
 10 Ch'accende in cor gentil' honeste voglie.
 11 Io son' colei sì importona, e fera.
 12 Raro è nessun che in alma fâma saglie.
 13 Ogni cosa mortal tempo interrompe.

*Cassitatis.
 Mortis.
 Fame.
 Temporis.*

582 *Jacobi Salomonii.*
Divinitatis. 14 *Mà tarde non fur mai gratie divine?*

*Supra arcum Ostii, quò patet aditus ad viridarium,
sub humano capite.*

15 *Dios nos garde da ingiusto ombre.*

*Conspicitur ibi prope Cabrieres nobile Laura Castrum in Gallia
Provincia cum ejusdem effigie, & his versibus.*

16 *E' questo il nido, in che la mia Fenice.
Mise l'aurate, e le purpuree penne.*

*Ab hoc non longè Arquatum delineatum, cum Laura,
& Petrarcha.*

17 *Cercato hò sempre solitaria vita
Le rive il fanno, le campagne, e i boschi
Nel dolce tempo della prima etade
Alzarò lei che ne miei detti honoro.*

ARZERÉ DI CAVALLI. Ad pag. 366.

In specioso Sacello noviter extructo.

*Vide Inscript. i Spiritui Sancto, veritatis lumini, itinerum metæ, fortuna-
Urbisf. 13. 45. rum auspici, Co: ANTONIUS de BUZZACCARE-
46. 477. NIS Eques, Serenissimi Mantuæ Ducis à consiliis, ac tormen-
torum militarium generalis Præfectus, agendorum opem implo-
rans majorum cultum ampliavit. Anno Sal. M. DCC. I.*

BATTAGLIA. Ad pag. 267.

S*ecundo circum à Battalæa lapide Montem Silicem versus in
pariete domus, quæ domus rubra dicitur, estque Nobilium MAR-
CELLORUM, lapis aspicitur, in cujus parte superiori exprimitur
vas inter duas columbas in potu procumbentes cum hac epigraphe.*

† T. POMPENUS
D. L. GRATUS.

*In medio exculptus est lepus sub frondoso catapetasmate.
In fine lapidem claudit hac inscriptio.*

2 **GLAU-**

*Titus Pompe-
nus Decimus
Libertus Græ-
sus*

CLAUDIÆ C.
ARCHT.....

T.

BERTEPAGLIA. Ad pag. 382.

Super Templi Ostio ad occidentem.

- 2 D. O. M. Templum hoc ad honorem Divi MARIANI XI. Episc. Patav. hujus loci Protectoris restauratum, & ad hanc formam redactum Ære Fratæ S. Mariani, & communitatis clezmoynis. Anno M. DC. XVIIIC.

Juxta Aram S. Mariani humi.

- 2 Ascanius Bertepalea Petri Filius pro se ipso, & affinibus fieri reliquit. Anno M. D. XC.

In sacrario altius, sub fornice.

- 3 D. O. M. Reverendi Rettori, ch'hanno governato questa Chiesa dopo il Concilio di Trento cioè dell' anno 1553. fino al di d'hoggi M.D.LXIII. Rev. D. Pasqualin dal Capello Venetiano anni 22. 1586. Rev. D. Gio: Antonio Cremezano Bresciano ann. 13. . . 1599. Rev. D. Antonio Celona Venetiano an. 26. . 1625. Rev. D. Antonio Fagiano ann. 20. 1645. Rev. D. Bernardino Brasca Pad. anni 25. 1670. Rev. D. Gio: Piva d'Oro Pad. anni 10. 1680. Rev. Dom. Lorenzo Giurati Dottor Padovano vive al presente 1701.

BIGNASEGO. Ad pag. 384.

In Coronide majoris Aræ.

- 1 Franciscus GEORGIUS hujusce Ecclesiæ Rector devotionis ergo P. Anno Domini M. DC. XVII.

-
- 2 Angelus COTTINI Civis Venetus, Dominici filius: Obiit anno Domini 1698. Mens. Novembri Die 22. Ætatis suæ ann. primo, mens. tertio, die vigesimo quarto.
Francisc. Georgio Rector grati animi ergo P.

In sacrario super ostio.

- 3 An. Dom. 1695. Rect. Francisc. Georg. de Cittadella. S. T. D. anno primo sui Regiminis, Sacrarium hoc instauratum, & ornatum est.

In sa

*In facie Aedium Parochialium, sub stemmate M. ARCHIO-
NUM de OBICIIS.*

4 **DULCE PRÆSIDIUM MEUM.**

Siste viator, & vide quomodo ad majorem sui usum, loci decorem, & amicorum commodum Franciscus Georgius de Citadella Sacr. Theolog. Doct. domum hanc pœnitentiam, partim instauravit anno Dom. 1695. 1696. partim verò à fundamentis Ære proprio erexit. Anno 1698. 1699.

S. BRUSON. Ad pag. 321.

Ad aram Beatae Virginis à Rosario.

1 Ut quotidie in hoc altari in perpetuum Sanctum Sacrificium Missæ pro anima sua, suorumque defunctorum offeratur, & lampades ante Sanctissimum Sacramentum perpetuo, & ante Sanctam Virginem diebus Sabbathi, & festivis ardeant. Paschalis Abbas Ursatus Archipresbyter Ære suo instituit, ut in actis D. Octavii Redolphi Notar. Venet. M. DC. LIII.

CALAON. Ad pag. 104.

In suppedaneo Ara Rosarii.

Ibidem propè
gradus Ara
jacet sine
titulo, sub al-
bo lapide
Joannes An-
tonius Boldù
Antonii Pa-
ter, qui obiit
die Novemb.
anno 1698.

2 Hic jacent ossa Nobilis viri D. Angeli, Joannis Antonii Boldù filii, qui die XXVII. Septembr. anno Sal. M. DC. XCV. obiit.

*In fronte splendida domus Jo. Anton. Boldù Patris Veneti in
albo marmore literis auratis.*

3 Domus hæc antiquioribus annis à Dom. Dom. Marchionibus Æstensibus possessa ad V. V. N. N. de Pisanis, ex inde ad V. V. de Boldù processit. Eam denique usque ad annis M. DC. LXV. Joann. Antonius ejusdem familiz obtinuit, ac in præfenti tenet. hic domum ipsam solliciti prius studio in suæ vetustatis imagine, ac prospectu servatam, crebra sub inde reparatione à temporum injuriis vindicatam, violento mox turbine fundamentis concussam ampliori, ut patet mole impensius extruxit; Fundus quoque circum jacens non levi ejusdem sumptu mira pollet cultura; Quippe maligna saxorum, quæ detinabatur compagine solutus, numerosa fructiferarum arborum hinc vitium, hinc olearum propagine, usque ad delicias nitet. Murus pariter cujus ambitu præcingitur, ejus cura, impendioque erectus anno M. DC. XCVI.

CAR.

CARCERI CON GAZO: Ad pag. 105.

Abbatia hujus loci valde locupletata est ab ACTIO, & FUL-
CHIO Marchionibus Extensibus anno 1140. *Usatus libro 4. ribus supressa*
parte prima ex Ungarel. ab Alexadr.
 Circa annum 1230. in his regionibus Conciones habuit ad populum *VIII. Abb. st.*
 B. Joannes Viceratinus Ord. Prædic. de quo *Augustinus Florenti-*
mus Monachus Camaldvensis in 2. par. Jus hist. lib. 4. Per ea tempora Carolus Ab-
batem, Anno
 illustravit maxime Patavinam regionem eximius declamator Fr. *basem, et A-*
 Joannes Viceratinus, qui missus à GREGORIO Papa IX. Pa-
 nium, et A-
 cem inter dissidentes componere, ad Carceres apud Athestinos, & *lexandrum*
 Paduæ loculentissimas ad populum conciones habuit, menseque *fratres Car-*
 martio 1233. in prato marcio (*hodie pratum vallis*) multas fami-
 lias ad pacificandum induxit. *Vide Inscript. Agri Pat. f. 8. 186. 275. cios Venetos*
transierunt.

CARRARA. Ad pag. 385.

ERat hic olim ædificium amplum cum lodia publica ad Arcis
 formam in conspectu Sancti Georgii tunc Ecclesiæ Castri
 (nam Parochialis in loco dicto Figaroli sita erat) constat, ex
 quodam instrumento feudali Uguccionis de Carraria, & Fra-
 truum; concessum Joann. Repe Ann. 1258. in quo legitur, *sub*
domo Communis Castri Carraria, que est apud Ecclesiam Sancti
Georgii, Notarius Jacobus de Corneliana. Creditur ædificium
 illud eo loco situm fuisse, ubi nunc est habitatio Parochi,
 contiguarumque domorum, quarum parietes mole sua indicant
 partes fuisse magnæ substructionis in formam Arcis erectæ; quæ
 omnia jussu Acciolini diruta sunt, ut diximus in *Inscript. Agri*
Patavini folio 388. Erat etiam insignis Arx Castri in vicino
colle fossis, & canalibus fluminis inde transeuntis circumdata.
 In ejus ruderibus extat nunc ædificium pulcherrimi prospectus
 MATHÆI SANUDO S. Marci Procuratoris dignissimi, Pa-
 tris Joann. Baptistæ Episcopi Tarvisini, Viri Religione, ac
 sapientia, majora meriti, atque habituri; spectantur quoque
 multa vestigia magni Castri toto illo fori spatio, multæque
 viz subterraneæ, ubi olim amplum Carrariensium Palatium
 erat, quod restauratum, & recentiorem in formam redactum,
 à Seronissima SANUTORUM familia habitatur. Hic cum ali-
 quando unâ cum benevolæ Patrono D. Marci Procuratore age-
 rem, mihi ostendit antiquum anulum cum insignibus Carrari-
 entium inventum, ut fertur in solo subterraneo habitationis, quæ
 tunc carceris locus erat, quem anulum Senator amplissimus di-
 ligenter servat.

Eccc

CASAL

CASAL DI SER UGO. Ad pag. 392.

Fragmentum lateritium effossum est anno 1603. inter varia tegularum, atque Urnarum fictilium rudera, quod Ursatus Eques Joanni Galvano J. C. celeberrimo dono dedit, ut refert Sertorius Ursatus Eques Ursati F. in suis monum. Pat. f. 36. Fragmentum est signatum his literis.

M. VALERIUS PASTOR.

Hoc est Marcus Valerius Pastor.

Pastoris co-
gnomen, &
Aratoris, &
Coloni, &
Regis, &
Magistri mi-
litarum, ac du-
elluris exerci-
tus denotat.

In Aedibus N. N. de URSATIS propè Ecclesiam.

2 Questa parte di casa, che cadeva à beneficio de' Posterì in miglior forma restitui Sertorio Ursato D. e Cav. l' anno 1662.

In fronte cujusdam domus sublimiori loco.

Laus Deo.

3 Questa fabrica hà fato fare S. Anzolo Melabo del 1555.

CASTEL BALDO. Ad pag. 117.

Inter limites Agri Patavini, & Veronensis) à Castro Baldo Begossium vicum, proficiscentibus occurrit lapis in quodam Capitulo affixus, his Gothicis literis penè consumptis insignitus.

1 Terminus Confinium . . . & districtus
Villæ Căstri
Baldi, & Terræ communis Paduz.

C H I E S A N O V A.

Extra Portam Savonarola in sub urbio Ad pag. 27.
Ex quodam antiquo Chronico.

Simeon de Statuis, Raymundo Episcopo Patav. assentiente, & ejus capitulo, Ecclesiam sub invocatione S. Mariæ Novę fundavit de bonis ejus; Jus Patronatus sibi in illa specialiter reservando, anno M. CCC. LXXXIII. die Sabbati XXI. Febr.

CITTA.

CITTADELLA. Ad pag. 209.

In majori Basilica, propè Aram S. Pauli in Oratorio.

- 1 **A** Nno XCV. post XVI. Redemprium seculum V. Kalend. Martii oriente sole; Cum in hominem rebellans natura ingenti terræmotu minaretur, vel sub tecto sepulchrum. Servata Cittadellæ communitas voti rea Divo Paulo Apostolo semel quotannis eadem die sacrum solemniter celebrari in gratiarum actione pollicita perpetuum, hoc posuit monumentum.

In Ecclesia vulgò della Disciplina.

- 2 Confraternitas mortis, quorum animabus pietatis monumentis suffragatur, cum corporibus sepulchra decessent, hoc ex alterius munere illis exegit. Anno Dom. 1694.

CORTAROLO. Ad pag. 220.

In Templo super Ostio.

- 1 **V** Alerius Pædinus Archipresbyter hunc chorum sumptibus à fundamentis crexit. Ann. Dom. M. DC. XXII.

- 2 Sacrum D. O. M. hoc S. Julianæ Virg. ac Mart. dicatum.

Humi juxta Aram.

- 3 Tumulus Archipresbyterorum sine titulo.

- 4 Hic jacet Dominus Georgius Classer Tridentinus Ætat. annorum LXXIV. Ob. ann. Domini 1693. die ultima Julii.

- 5 Marcus Antonius Donato Archipresbyter Cortaroduli. Anno Domini M. DC. LXXXI.

Extra fores Templi Abb. S. Andrea stratum marmor.



*Tito Aelio
 Quinti filio
 Romilia, est
 Tribus.*

Eccc 2

DO-

D O L O . Ad pag. 283.

In Templi fermè medio .

Qui giace le ceneri della Sign. Veneranda Rizzi , fù moglie del Sig. Pietro Curnis. Mori li 11. Giugno l'anno 1698.

Hic jacet Catharina Degana David diem novissimum expectās. Obiit in Domino ann. Sal. hum. 1697. adi 4. Feb. Æt. suz 38.

Jacent hic ossa Ioannis Jacobi Albinioni . Obiit anno Domini 1697. die 15. Septembris.

E S T E . Ad paginam 77-

Anno 1697. in viridario Comitum Pauli Vidimani, Patritii Veneti reperta est Arca marmorea sine operculo cadaverum ossibus plena, deinde non procul inventa sunt vestigia murorum, & pavimenta tessellati operis cum columnis, & tabulis marmoreis, quæ thermarum reliquia fuisse nonnulli arbitrantur, moniti antiqua traditione, olim balnea ibi extitisse; non longe etiam duo lapides cum his inscriptionibus effossi sunt.

Vibia Lucis
Maxima
Posuit
Marcio
Medico.

VIBIA L.
MAXUM....
POSUIT
MARCIO
MEDICO.

ANTEROTIS
FULLONIS.
Anterotis nomen est integrum.

Ad Portam veterem nuper effossum est saxum,
cum hac inscriptione,

ERIZE purgasti iusta ratione scelestos,
Amplexu dulci Vir pietate bonos.
Commodus hic locus est civibus ard
Redditur æternum nomen, opusque insum.
Quos peramas, coluere boni, quos semper iniqui
Odyi. metuisse te; fugimusque prosum.
ANNO M. D. XXXVIII.

S. Fran-

S. Francisci, ad pedes Mausolei Magistri Andrea Bortoloni
in rubro lapide. ad pag. 87.

- 3 Francisco Bartolono Vincentii filio pro se, suisque heredibus
tantum.

GARZIGNAN, ad pag. 167. n. 4.

Ad Aram Sanctissimi Rosarii in sublimi.

Ara B. M. Virg. ex piis Fratralibus ejusdem elemosynis Rect. D.
Francisco ab Aleo, 1698.

Ad illam Sanctiss. Nominis Dei.

Christus Nobiscum stat.

- 2 Aram hanc ex elemosinis acceptis, & tribus Fratralibus, & piis
Fidelibus D. Franc. ab Aleo Rect. 1698.

GAZOLO, sive Granze di Vescovana, ad pag. 107

- 1 Fù provisto di quest' Arca dal Nobil di Padova Sig. Co: Antonio
Alberto de Conti Kav. del Redentore per l'ossa de' suoi do-
mestici. M. DC. IIIC.

2 *Mors etiam de morte vivet non sola cypressus.*

Nobilium Rhodigii Longorum tumulum, quem Nob. Dom. Domi-
nicus Longo P. M. DC. IIIC.

- 3 Pars terræ ad construendum Sacrarium, ex liberalitate Illustriss.
D.D. Comitis Antonii Alberti de Comitibus Nob. Patav. Eq. Re-
demptoris concessa. anno. M. DCC.

*De huius fa-
milie nobil.
origine, et
que propaga-
tione. V. in Un-
bis inscr. pag.
364. & in
Agrif. 158.
169.*

S. GEORGIO delle PERTICHE. Ad pag. 252.

*Ad pontem Turris, olim de Buri, in specioso sacello S. Crucis
in Lapide.*

- 1 F Avore Eminentiss. & Reverendiss. D.D. S. Rom. E. Card.
GREGORII BARBADICI Episc. Pat. hujus sacelli, quod
Prosper Vivianus Civis Venetus ære proprio, & præcipua in suos
Pietate S. CRUCIS Nomini devoverat; R. D. Czar Facoli Ar-
chyp. D. Georgii à Perticis Vicarius torancus benedictionem diù
optatam tandem contulit Anno 1695. die 16. Septembr.

Extra

Extra Portam Portelli.

In Ecclesia S. GREGORII, vulgò S. GRIGOLO.

Ad pag. 35. n.2.

Corrigenda
Inscriptio.

Viget enim
hæc familia in
Sebastiano
Medico cla-
riss; & anti-
quis ac cul-
tore eximio,
mibiq; summa
familiaritate,
& amicitia
conjuncto.

1 Antiqua sepultura familiae de Guzzonibus modo extinctæ.

*Inscriptio Sepultura.*2 D. O. M. Dominicus Guzzoni Patavinus Cives hunc sibi V. suis-
que tumulum fieri iussit an. repar. Sal. 1590. Obiit an. 1591. 24. Aug.

Sub hac Parætia, ad pag. 36. S. Ursulæ.

*Ponè gradus Majoris Ara tumulus absque titulo.**Supra januam, qua à Choro ad sacrarium ducit, in lapide.*

3 Consecratio hujus Ecclesiæ celebratur die 17. Augusti.

In Rure Leonis extra adis sacra januam in lapide. Ad pag. 396.

L. VA..... POB.
..... PATRONI
ANN. XVIII. ET
SATRIÆ C. F. FIRMINÆ
UXORI CARISSIM.....
..... ERIMN....
.....

LUGO. Ad pag. 336. *Ad Aram B. M. V.*1 Altare B. M. V. dicatum. Ex humili Ecclesiæ loco translatum;
ac ornatum decreto Reverendiss. Capituli Canonicorum Paduz.
An. Dom. 1700. Thesaurario Co. Hieronymo Zacco.

MEJANICA. Ad pag. 258.

*In Ecclesia Paroch. S. Antonii Mart. in medio Eccl. in albo marm.*2 D. O. M. Qui sono le ossa di Sier Lorenzo Loredano Nobile Ve-
neto fù di Sier Zan Francesco 1698.

Dominici

1 Dominici Fanteli hujus Ecclesiæ optimè meriti summo omnium dolore pauperibus piè lacrymantibus, mortales exuviæ Condita. Anno Dom. 1694. die Februarii sexta.

MIRA . Ad pag. 288.

Extra fores Ecclesiæ ad levam introeuntium . n.l. in fine Inscriptionis adde.

1 GASPAR CORBELLIVS Ant. Mariæ fr. Patr. Patav. Philos. & J. U. D. ne Atavi pietatis memoria intercideret . P. an. 1654.

Ibidem buni in albo marmore .

2 Mira mirum recludis sub marmore duro corpusculum purum, invictæ puellæ . Cælum nunc ornat anima repleta virtute , quæ quasi Sol splendebat corpori unita . Hec avunculus major ponere iussit . An. 1697. die 16. Junii . Jo. Maria Pleb. S. Ioa Novi Venet.

In majori Basilica sub fornacis medio , ubi gentilitia stemmata .

Familiæ Corbeliæ pulchris litteris .

3 Pedes , ac Rostrum Gallorum sanguine tinxit .

MONSELICE . Ad pag. 46.

Ad parietem Aedis sacrae S. Georgii Nob. Venet. de Duodo in antiquo Lapide sub duabus imaginibus . Ad pag. 63.

T. F. ANNIO C. F. ROM. CHOR. T.
T. PRÆT. E ANNIA T. L. FESTA
PATRONO, ET SIBI VIVA FECIT.

Extra portam Parochialis S. Thomæ in frusto lapidis . ad pag. 49.

ATTIÆ
F. ALV.....

2 Ibidem. Hic jacet corpus Rev. Francisci Cavalini Ecclesiæ S. Thomæ Rectoris .

Præsides hodie huic basilicæ Appolannus Maria Corbellius , mibi summa benevolentia conjunctus . Viv morum probitate, omnique virtutis genere ornatus qui laudabili magnificentia, & liberalitate antiquissimæ familiae suæ, quæ à Corvino deductæ, & in varias Italiae Urbes propagata; Forum Julii, Venetias, & Patavium splendens representat. Clarere ex ea Andreas Episcopus Cydonia, aique Benedictus, & Marcus Antonius magni Canc. Regni Cretæ: ille an. 1613. isti an. 1590. 1596. circiter.

In

In Parochiali S. Pauli Apostoli propè Aram S. Joseph in marea tabella, ad pag. 51. n. 62.

- 3 Angelus Paltenerius è Montefilice Altare S. Ioseph à se, indu-
stria, ære, ac pietate reedificatum, & in dies ornatum, etiam
de toto bonorum suorum residuo statuto tempore annualem fru-
ctum institui mandans, ad missas annuatim itidem celebrandas
dotavit, ex testamento ab anno 1675. die 19. Aprilis. Antonius
F. S. Theol. Doct. Colleg. & insignis Collegiata S. Iustinz Ca-
nonic. fideliter explevit, & hic P. anno 1698.

In Æde S. Stephani P. P. Ord. Præd. ad pag. 55.

- 4 D. O. M. Franciscus, familia de Maldis sibi, ac hæredibus do-
mum hanc secundam ad tertiam elegit. an. D. 1697.

S. Salvatoris P. P. Cassinensium, ad pag. 64. n. 196. *in fine
borti sub picta imagine.*

- 5 Guntarinus Patavinus Monachus optimè meritus de Alexandro
IV. Pont. Max. de patria, & de Cænobio D. Iustinz collectum in
Guetphorum æmen, Sacerdos Galeatus prosperè duxit ad oppidum
montifilicis, quod unicum extincti Eccelini Præsides retine-
bant; nam illud patriæ, Pontificis studiosè restituit. Monasterio
verò latifundia propè oppidum, quæ olim à Litulpho Carrarien-
se collata, Ezzelini avaritiæ cesserant.

*Vide Inscript.
Agri Patav.
f. 41. n. 1236
127.*

MONTAGNANA.

In Æde S. Mariae P. P. Ord. Min. de Observ. ad pag. 135.

- i D. O. M. D. Ioanni hanc Aram Iacobus Facciolus Thomæ fil-
i suæ in Deum, Divosque pietatis, ac Franciscanam familiam ob-
servantiæ monumentum vivens erexit anno 169.

Extra Opidum in æde D. Georgii, ad pag. 136.

- 2 Ex legato Reverendiss. Ioseph Bregolini insignis Colleg. Mon-
tagnanæ Archipræbyteri, Bartholomæus fr. restauravit. 1693. m. Febr.

NOVENTA. ad pag. 287.

Super Aram S. S. Rocki, & Sebastiani.

- 1 Vivit, & uiuet in æternum N. V. Georgii Pisani Patr. Ven. pietas;
& deuotio; ipsius enim ære uides Altare hoc funditus erectum,
& ornamentis decoratum, anno 1696. 5. Kal. Nouembr.

Ad illam B. Virginis.

- 3 Aram hanc Virgini Mariæ Rosarii sacram ex lignea marmorea fecit impensis suis populi pietas piis excitata monitis Ad. Reuer. D. Matthæi Vierii Vicent. Pleb. Sem. Pat. Alumni Episc. Pat. Gregorio S. R. E. C. Barbadoico, Duce Venetiârum inclyto Sylvestro Valerio anno 1696. quo tempore & Tabernaculum majoris altaris marmoreum ejusdem populi ære effectum est.

O N A R A , ad pag. 233.

In Sacratio in Marmore cum Stemmate.

- 1 D. O. M. Ramusius Cittadella nobilibus antiquæfamiliz tumulis pia humilitate contemptis hic jacet, ut iussit. I. U. D. Carolus Franciscus Cittadella nepos genio satisfecit, anno Sal. 1657.

ORIAGO, seu ORA LACI, ad pag. 280.

Conspexi Venetiis in Eccl. S. Rochi monumentum notabile viri cujusdam à Regio Gallorum sanguine, qui, dum iret Patavium ob Religionem erga D. Antonium hic Oriaci à furore Rusticorum interfectus est. Monum. insculptum marmore est, quod sequit.

- 2 Joanni de Chiallo Moriaco Claromontano Avernorum Equitum Prefecto cum in omnibus, bellisquetum in Gallia, tum in Italia Carolus, Ludovicus, & Franciscus Galliz Reges clarissimi gesserunt, fidem, fortitudinem, virtutemque egregiè probasset, Venetiasque venisset, ut in Syriam transmitteret Christi sepulchrum visendi gratia, dum Patavium proficisceretur, ut D. Antonii corpus veneraretur, in vico Oriaci latronum insidiis circumfecto; miserabiliter interfecto, Franciscus Rubeus Francisci Regii Legatus pientiss. P. 1534. Nontis Iunii Vix. an. 38. mens. 8. elatus est cum magno, universæque Civitatis gemitu.

PONTE CASALE. Ad pag. 403.

Olim Castrum cum Turri magna, & forti, quæ hodiè altiùs à terra pro Turri Campanaria deservit, fuisse volunt.

- 1 Supra ostium majoris januz. Domus Orationis est.

In Choro in imagine Christi cenam referente, ubi effigies Rev. Abb. Hieronymi Delphini Rect. & Canon. S. Salvatoris de Candiana.

- 2 Di quel, che m'hai concesso ò mio Signore
Tutto quest' offro al tuo devoto honore.

Ffff

E re

- E regione hujus sub imagine Crucifixi passionem exhibente.*
 3 Dic mihi, quodque bono dixisti Christe latroni
 Mecum Cœlestem veneris in Patriam.

- Ad parietem domus Rectoris alius in lapide.*
 4 Dono Ruberto Negronio Rectore, & S. Salvatoris Canonico
 propter incendium reedificata an. D. 1664.

RONCHI vulgò de GAMPANILI. Ad pag. 236.

In fronte sacrae edis in marmore.

- 1 Sacras aedes aviti Juris Patronatus familiae Frumentinae vetustate labefactatas Cornelia de Apostolis dilectissimoque Viro Marco Antonio Furmento, & Leonardo ejus Patruo Veneti Senatus à secretis horis vita functis. Ioannis Furmenti mater, ac tutrix cum pupillari, tum proprio dotali aere à fundamentis denuò crexit, ampliavit, ornavit, hocque posteris pietatis suae monumentum P. G. anno D. 1697.

ROSARA. Ad pag. 340.

Cum anno 1117. Clugienses occupassent in hac Agri Patavi. parte quaedam loca appellata, Pesa da Bò, inuento lapide an. 1300. cum sequenti inscriptione, loca illa ex Venetorum sententia, Patavinis restituta sunt.

*In Campis Patavis hac petra ruta fuerit
 Praesertim BOVUM stercore plena fere.*

*Hæc quoque, cum raperent CLUGIENSES stercoreborum,
 Cessit, & hinc fuit petra vocata BOVUM.*

- 1 Iterum in millesimo trecentesimo, mense Maii, cum iterum occupassent VENETI, tandem hic lapis fuit inventus, & habitata vera confinia, & contra eos data est sententia. *Hæc Ungar. parte prima.*

STRA Ad pag. 344. n. 2. *In vestibulo majoris Templi januae lapidis cum figura Sacerdotis lit. Gbot.*

- 2 Questa si è la sepoltura de Pre Zuanne Dau Tossato. 1384.

TERRA

TERRA NEGRA . Ad pag. 38.

Intus super ostio Ecclesie .

1 Ioanne Cominoto Parochoprime Aedes hz surrexerunt ab imo .
Anno 1674.

*Erecla est pi-
estate Cardin.
Gregorii Bar-
badici Episc-
Pat. comodo
harum popu-
lorum , qui
olim suberat
Parochiali S.
Laurentii de
Urbe.*

TERASSA , ad pag 410. in Ecclesia B. V.

1 Hieronymi Bragadeni ossa , donec induant incorruptionem , & Io-
Aloysii fratris . *De Nobilifamilia de Terassa . V. Inscrisp. Urbis pag. 478*

IN VILLA TITULI . Ad pag. 20

1 Luciz Regazzonæ Uzori pudiciss. II. & 20. suz ætatis ann. fu-
ctæ Ant. Com. Vir pientiss. filio solo ex ea superstite . P. Non.
April. M. D. XXX.

TORREGLIA.

In domo Sebastiani Guzzoni Medici , de quo vide fol. 35.

V. P.
SIBI ET SUIS
M. BAEBIUS Q. F.
MATURUS
IN FR. P. XXX. VIIS.
RETR. P. L.

*Vivens posuit
sibi, & suis
Manius Bæ-
bius Quinti
Filius matu-
rus in fronte
pedes triginta
otto cum se-
misse Retro P.
Quinquaginta*

TRAMBACHE , ad pag. 201.

1 Hic jacent ossa Nob. Hieronymi , & Frizerini q. Marci Ca-
pivacz . anno M.DC.LX...

TEGI , ad pag. 236. 237.

In domo olim Antonii Zanotti .

1 Hos parvos lares virtute partos , Antonius Zanottus medicus
Physicus . sit vobis cura rogat. 15.

*Hodie possi-
det has ades
Petrus Genu-*

Ffff 2.

AD.

arius Patuanus, Consarum Patronus insignis, mens olim in philosophicis
 sedulus Auditor, qui eas in nobilitatem formam redactas mirifice amplificavit.

A D J E C T A I N U R B E.

In majori Templo ad pag. 21. n. 103 Typographi incuria
 (absente auctore) omittæ.

1 *Visitur Roma in Ecclesia S. Sylvestri ad janna latus laruum,*
sub effigie lapidea. FEDERICI *hec rara inscript.*

GREGORIUS XIV. PONT. MAX. FEDERICO CORNELIO
 S. R. E. PRESB. CARD. EPISC. PAT. CONJUNCTISSIMÆ
 AMICITIÆ MONUMENTUM POSUIT. ANNO MD. XCL.
 PONT. SUI ANNO I.

In eadem S. Sylvestri Ecclesia in marmoreo tumulo.

2 D. O. M. FRANCISCO Cornelio Præsb. Card. à Clem. VIII. Pont. M.
 ad purpuræ dignitatem promoti, in meditatione Ferraricensis itineris
 importunè prærepto, FEDERICUS S. R. E. Card. & Marcus Ant.
 Abbas S. Marci Primicerius, IO. Principis Venet. F. optimo patruo
 posuere Oblit XVII. Kal. Majas Æt. an. LI. Salut. 1598.

Tarvisii quoque Ad D. Stephani altius supra jannam.

3 FRANCISCO Cornelio Pont. Tarv. de Ecclesia Benemerente.
Supra Clericorum Seminarii fores.

4 Christianæ Religionis Seminarium hoc piis semper studiis protexit,
 & auxit FRANCISCUS Cornelius Ep. Tarv. inq; illius usum, & cō-
 modum has zdes emendas, & restaurandas curavit. an. 1583.

In eodem Templo; ex Barbul. Burchelato, pag. 240.

5 FRANCISCO Cornelio Pat. Ven. S. R. E. Card. Amphis. de Tarv. dia-
 cese ab illo, velut à GEORGIO Patruo suis recta, atq; adjuta longe
 opt. mer. Canon. Collegium; tota Præsb. familia universa deniq; Civi-
 tas, animis fugent, religiosius exere, an. sal. nostræ M: D. XCVIII.

Roma in Ecclesia olim P. P. Cruciferorum in Templi medio.

6 D. O. M. AEOYSIO Cornelio Ven. titulo S. Marci Præsb. Card. S.
 R. E. Camerario. Vixit an. 67. Mens. II. dies 27. Ob. 6. Idus maii 1584.

In Templo S. Mariae de victoria P. P. Escalceatorum in,
specioso sacello S. Terefie, quod Card. FEDERICUS II.

extruxit, & ornavit; addiditque lateralibus pari-
entibus simulacra octo marmorea referentia JO.

ANNEM DUCEM Venet. Patrem suum, seque
& sex alios suæ familiae CARDINALES.

7 FEDERICUSS R. E. Card. Cornelius IO. Ven. Ducis F. à Clem. VIII.
 inter Apostol. Cameræ Clericos adlectus à Greg. XV. Bergomatum
 infulæ, ab URBANO VIII. Romanæ purpuræ admotus, mox Vi-
 cent. Antistes, tum Patriarchæ Venetæ creatus, cum postremum hoc
 m. p. n. s.

innans aliena voluntate susceptum, suam deposuisset; deponendis quoq; corporis memoratæ D. Theresiæ immortalẽ aram sibi ante arã tumulum mortalitatis suæ custodem posuit, atq; in partem obsequii erga Virginem Discalceatorum matrem, vocatis cum Parente sex aliis ex CORNELIA gente Cardinalib; inducens pro exuviis corporũ spirantia vultuum simulachra, providit vivens, quomodo extinctus obsequium æternaret. An. Sal. 1699. æt. suæ 68.

Tarvisii penes Aram magnam Templi Cathedralis in columna altius ex Agrapho.

8 GEORGIUS Cornelius Pont. Tarv. genere, virtute, honore insignis in humili ante aram sepulchro, ejus cineres condijussit an. 1528

Hic, illic, in Episcopo ad fores ex marmore.

9 GEORGIUS CORNELIUS EPISC. TARV.

Hoc nomen Georgii in hac planè Regia familia auspiciatissimum est, quippè præter hunc habuit nostræ ætate magnanimum Patav. Præsulem GEORGIUM, cujus memoria mihi perpetuò laudanda est; nam summis me ornatum muneribus & beneficiis, non solum Theologico munere in Curia clarissimum fecit, verum etiam, quod mihi maximum est, obsequiis ad-dixit totius familia; cuius patrocinio felicissimus censeor. Habet nunc etiam Eminentissimum CARDINALEM GEORGIUM hujus nominis inter CORNELIOS octavum, octavumq; ex hac familia PAT. EPISC. qui quemadmodum munificentia, & benignitate singulari me in clientela tanta domus perennat, ita vigilantia, sapientia, religione non solum exornat, & auget Patavinam Ecclesiam, sed etiam in suo sacro regimine CORNELIORUM virtutes Præsulum omnes consociat, præsertimque animarum zelum atque ingens desiderium, quo & incrementum, & decus sui Cleri, ac gregis prosequitur, aequè Patavio, ac toti Christianæ Reipublicæ venerabilis.

In Templo S. Mariae Servorum. ad p. 684

10 D. O. M.

Bartholomæi Zuccani, animæ tumulum Deus tumulo tumulum

Filii piissimi paravere, donec à somno tubæ sono reviviscat.

Obiit VII. Kal. Martii, Anno Salutis M. DC. LXXXVII.

Ætat. suæ LXXIX.

Placidus ex
 hac nob. Al-
 banensium
 familia. Ju-
 stina Abbas,
 fuit vir inte-
 gritate singu-
 laris, humili-
 tate conspicuus,
 pietate incom-
 parabilis, om-
 niumq; fratrum
 precipuus. a-
 mator, chari-
 tateq; ac zelo
 Dei plenus.
 Hac Scard.
 folio. 138.
 ubi addit &
 reliqua, quae
 in anal. Ma-
 nac. valde in-
 signia sequen-
 tur.

Ad Aedem S. Antonii - Ad pag. 356.

Guido Albanus hoc sibi monumentum, successoribusque P
 Anno M. DC. LVII.

In Aede D. Augustini P. P. Ord. Præd. Ad pag. 85. n. 243.
 Castellanorum Nobili serie extincta.

ii Albertus Ferrarius Nob. Mediolanensis J. C. Patav. Lucæ filio
 obito, suisq; fil. hæredibus paravit, anno 1692.

Ad Ecclesiam S. Joannis in Viridario Canon. Later.
 ad pag. 178. n. 3.

Supra januam, quæ ducit ad Conventum.

12 P Ro memoria, quæ Coradinus Patr. Patav. in suæ Gentis e-
 xordio claris majorum nominibus excitari voluit, præsertim
 Herculi Avo I. C. celebri Aloysio Primario Publico Pandectar.
 ac eruditissimo, Interpreti Herculi, & Andrææ fratribus, illi Ma-
 thematico insigni, huic Philosph. Pub. Profefs. & Medico spei,
 fameq; ingentis splendore pari, majorique gloria erigi Aram
 Christo Resurgenti suavit R. Hieronymus Leonius è Sanguineti
 Comit. Patr. Ven. Abbas perpetuus, ac desinit. concessere La-
 teranenses. Integro sibi facelli iure, & comutationi an verè dati
 voluntatis. Interpretes, & Executores ex testamento, ac post
 fata. Inclitæ Gentis, & Testatoris Pietati, & nobilissimæ familiæ
 hoc monumentum P. Anno Dom. 1655. 5. mensis Aprilis.

*Sic legitur
 in hoc lapide,
 & in multis
 aliis, quorum
 errata monent
 lectorem, nos
 inscriptiones
 eo modo, quo
 extant, col-
 legisse.

In sacra Aede Filiorum expositorum, ad pag. 301.

13 *Magdalensæ Martanzæ.*

Hujus Domus Priorissæ optimæ meritis summo omnium dolore,
 His omnibus Virginibus pie lacrymantibus, mortales exuviz con-
 ditæ. Anno Domini 1694. mensis Aprilis V.

In Aede P. P. Societ. fessæ in albo lapide, ad pag. 298.

D. O. M.

14 *Elisabethæ Variæ Adriacos Sortita Parentes,*
Nulli Hominum, tantum nota sed ipsa Deo.
Xaverio vixit, fruitura occumbit eodem:
Illius ante Aram condere membra placet.
Hinc merito dices, hac Virgo quiescit in Urna,
Votum nanque suum vota habere sua.

A N N O M. DC. LIIIC.

INDEX

SACRARUM ÆDIUM.

<p><i>In vico Basilica vulgò del Domo.</i></p> <p>Templum Cathedralè. pag. 1. 477. 596</p> <p>S. S. Marci, & Sebastiani. 32</p> <p>S. Danielis Sodalitas. 33</p> <p>Ædes S. Annæ. ibid.</p> <p>Ædicula S. Rosæ. 38</p> <p>Templum S. Augustini. 39. 477. 597</p> <p>Ædicula S. Petri Martyris. 100</p> <p>Ædes S. Joannis ad Naves. 102</p> <p>Xenodochium S. Danielis. 103</p> <p>Ædes S. Proklocimi. 104</p> <p>Ædes S. Benedicti Vestalium. 107.</p> <p>Templum S. Benedicti P.P. Olivetanorum. 110.</p> <p>S. Petri Monialium, Parochialis. 114.</p> <p>S. Nicolai, parochialis. 122.</p> <p>S. Barbag, Bombardationum. 129.</p> <p>S. Lucie, parochialis. 130.</p> <p>Sodalitas S. Rochi. 136.</p> <p>S. Clementis, parochialis. 137.</p> <p>Sodalitas S. Spiritus. 140.</p> <p>Confraternitas S. Mariæ Columbini- rum. 141</p> <p>Confraternitas S. Joannis Evangelistæ. 145</p> <p>Ædicula D. Hieronymi. 146</p> <p>S. S. Agathæ, & Cecilie. 147</p> <p>S. Caroli. 149</p> <p>S. Thomæ Cantuariensis. 150</p> <p>S. Michaelis. 153</p> <p style="text-align: center;"><i>In Vico Pontis Moletinarum.</i></p> <p>Templum S. Mariæ Carmelitarum. 155</p> <p>Ædicula societatis Laicorum B. Virg. 167</p> <p>Ædes S. Jacobi Apostoli, parochialis. 168</p> <p>Hospitale S. S. Jacobi, & Christophori. 174</p> <p>B. Peregrini. Manzoni. 175</p> <p>Templ. S. Joannis in viridario. 177. 598</p> <p>Ædes S. Hieronymi. 183</p> <p>S. Mariæ Magdalena olim Crucifero- rum. 185</p> <p>Ædes Angelorum Nrd. S. Franc. 186</p>	<p>S. Mariæ Martis Domini. 186</p> <p>S. Mariæ Magdalena. 189</p> <p>S. Antonii de Viena. 191</p> <p>Xenodochium S. Antonii. 192</p> <p>S. Leonardi Prioratus. 193. 478</p> <p>S. Pauli Monialium. 197</p> <p>Sodalitatis S. Joseph. 200.</p> <p>S. Agnetis, parochialis. ibid.</p> <p>S. Firmi, Parochialis. 202</p> <p style="text-align: center;"><i>In vico Pontis Altinati.</i></p> <p>Ædes S. Andrea. 203</p> <p>S. Marci. 207</p> <p>S. Bernardini. 209</p> <p>Templum Eremitanorum. 212</p> <p>Ædicula S. Nicolai de Tolentino. 258</p> <p>Fanum Arenæ, ib.</p> <p>Sodalitatis S. M. ab Arena dicta. ib.</p> <p>Ædes S. Thomæ apostoli. 260</p> <p>S. Matthæi. 261</p> <p>S. Bartholomæi. 263</p> <p>S. S. Simonis, & Judæ. 265</p> <p>S. Sophiæ. 268</p> <p>S. Spiritus P. P. Minimorum, 280</p> <p>Orphanorum. 282</p> <p>S. Mariæ Iconiæ. ibid.</p> <p>Monialium B. Eleng. 284</p> <p>Omnium Sanctorum. 285</p> <p>S. Maximi. 287</p> <p>S. Mariæ Magdal. Jesuitarum. 289. 598</p> <p>Ædicula S. S. Marci, & Vitalis. 297</p> <p>S. Andrea Oratorium. ibid.</p> <p>Ædes Virginum Gasparinarum. 298</p> <p>Ædes S. Catherinæ. 299</p> <p>Domus Dei Filiorum expositorum. 301. 598.</p> <p>D. Mariæ à Charitate. 303</p> <p>Ædicula S. Margaritæ. 340</p> <p>S. Blasii. Monialium. 305</p> <p style="text-align: center;"><i>In Vico Pontis Turricellarum.</i></p> <p>Ædes S. Martini. 307</p> <p>S. Cantiani. 309</p> <p>S. Laurentii. 311</p> <p>S. Stephani. 318</p> <p>Templum S. Francisci. 324</p> <p>Xenodochium S. Francisci. 343</p> <p>Ædicula S. Mariæ vulgò del Soccorso. 349</p>
---	--

Hospitale

Hospitale S. Spiritus.	350	Templum S. Mariæ Servorum :	464
Templum S. Antonii.	350	ædes S. Agidii .	475
Sodalitatis S. Antonii .	419	S. Lucæ .	476
ædes S. Mariæ ad Bethleem .	ibid.		
Hospitale S. Marci .	423	<i>Reliquorum , Edificiorum :</i>	
S.S. Leonini , seu Leotini , & Michac-			
lis .	423	Palatii Patavini .	479
Templum S. Iustinz .	425	In ædibus Prætoris .	559. 483
ædes S. Mariæ Misericordiarum .	438	In Palatio Præfecti .	560. 497
S. Mariæ Gratiarum .	440	Inscript. Bibliothecæ .	513
S. Mariæ Salutis .	441	In Episcopatu .	519
ædes S. Crucis .	442	In Gymnasio .	522
Sodalitatis S. Crucis .	444	Horti Medici .	524
Virginum Capuccinarum .	445	Collegiorum .	526
P.F. Capuccinorum .	ibid.	In ædibus Civium .	530
S. Bonaventuræ , vulgò le Romite .	446	In vico Judeorum .	542
S. Mariæ à Turricula .	447	In Arce , seu Castello .	543
Locus vulgò le Dimesse .	ibid.	In Accademia Dèlia .	545
Templum S. Mariæ in Vantio .	448	Inscript. Pontium .	548
Sodalitatis S. Bovi .	ibid.	Portarum .	559
ædes S. Danielis .	452	Fasti Prætorii .	561
S. Claræ , Monialium S. Franc .	455	Ducum Venætarum .	574
S. Georgii , Monial S. Benedicti .	456	Episcoporum Patavinorum .	575
S. Julianæ , Parochialis .	462		

LOCUS FIGURARUM.

Patavium .	fol. 1	Templum S. Iustinz .	459
Carocium .	2	Forum Prætorium .	472
Sepulchrum Antenoris .	313	Platea Nobilium nuncupata .	497
Templum S. Antonii .	350	Gymnasium .	522

Appendix Inscript. Agri Patav.

Abanò .	575	Dolo .	583
Agna .	578	Ete .	ibid.
anguilara .	519	S. Giorgio vulgò S. Grigola	590
S. Anna .	578	S. Giorgio delle pertiche .	589
Arquà .	579	Lugo	ibidem
Azer dei Cavallè .	282	Megianiga S. Antonii M.	ibidem
Battaglia .	ibid.	Mira , e Montefice ,	592
Bertepaglia .	583	Montagnana ,	592
Biganefgo .	ibid.	Noventa .	ibid.
S. rufon ,	584	Onara .	593
CalBaon .	ibid.	Oriago .	ibid.
Carceri con Gazò :	585	Ponte Cafale :	ibid.
Carrara .	ibid.	Ronchi di Campaniti .	594
Castel Baldo	586	Rofara .	ibid.
Casal di Ser Ugo	ibidem	Strà .	ibid.
Chiesà nova	ibidem	Terra Negra .	595
Cortarolo	ibidem	Villa di Teolo .	ibid.
Cittadella	587	Trambacè ,	ibid.
		Tegi .	ibid.

INDEX

NOMINUM, & FAMILIARUM.

A

- A** Abbas, Joachin 95
 Abbatis S. Stephani de Carratia. 353
 Abbatius, Joannes. 103
 Abriani, Gugelmus 23. Florena, Alexander 50. Jacobus, Petrus, Melchior 66. Mutus, Marcus, Magdalena 83. Thomeus, Fabritius, Hector 104. Corona, 149
 Accademia Delia. 545
